



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

Quæst. I. De Angelorum spiritualitate, & absoluta incorporeitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

QVÆSTIO I.

De Angelorum spiritualitate, & absoluta incorporeitate.

DE PIRITVALITAS absoluta naturæ, cuiusvis absolute talis à sui constitutione, quidvis materiale, & corporeum excludit; ut patet in homine, qui parte solum corporea constitutus, corporeus absolute, non autem absolute spiritualis est.

CERTAMEN I.

Angelorum spiritualitas ex parte saltem & immaterialitas statuitur.

ANGELOS omni ex parte corporeos, nemo Philosophorum præter belluinos Epicureos corporeis, & sensibilibus affixos admisit. Si quidem, & intellectuales, & spirituales illos, & homine (animo spirituali, apud ipsos constante) præstantiores agnouerunt; is ergo solum de Angelorum spiritualitate, eis error potuit obrepere: ut illos, & animo, spirituali, & corpore ut homines, præstantioribus tamen, constare censerent: quare immerito pro errore adequate, omnique sui parte corporeos Angelos asserente referuntur. Tertullian. 1. de Carne Christi, c. 6. & Nazianzenus orat. 1. §. *Nihil enim mihi*, eo quod Deum catholice incorporeum fidentes (quod tamen. Athei, & Epicurei, negabant, Angelos nihilominus incorporeos esse inficiabantur. Sed vero leuissimum hoc fundamentum est, ut tantum, tamque crassum errorem de Patribus suspicemus; siquidem omni ex parte Deum incorporeum ex fide, & ratione naturali præfati Patres eum reliquis agnouerunt: quod, eo præcise, quod aliqua sui parte corporeos Angelos putarent recte, atque legitimo discursu de Angelis negassent: quandoquidem corpore illos ex parte constare, & omnino, seu omni ex parte incorporeos, sicut Deum, non nisi aperta contradictione, faterentur, imo eis, aliqua sui parte corporeis admissis, incorporei, & spirituales absolute dici Patribus non possent; siquidem, nec homines spirituales, seu spiritus, & incorporei absolute ab aliis dicuntur, sed absolute potius corporei, quia corpore constant; tamen animo spirituali, tanquam altera sui parte, & forma essentiali constare illos ex fide, & naturali ratione cognoscerent, & docuerint. Secundo cum docuerint, iidem Patres Angelum esse hominem essentiali, & natura sua perfectiorem, ut de Philosophis dicebamus, atque hunc animam spirituali constare, & Angelum perfectiorem animam spirituali constare, ut minimum, censebant. Tertio Angelos substantias intellectuales, & intelligentes, ex fide etiam, & ratione iidem Patres agnoscere constanter: quod absolute spirituali animo esse non posse sciebant.

Duplici huic rationi postrema non multum fidei Arriaga i. p. t. 1. d. 3. sect. 1. tum, quia penetrabilitas naturalis rei cum alia, eiusdem generis (in qua ratio corporis sita iuxta probabiliorem, sententiam est, & cuius negatione ratio spiritus, ut contra corpus diuisa constituitur) alia prædicata compati potest perfectiora, quam rei spirituali, non ita impenetrabile, sed rebus, cum sui generis, tum ordinis, & generis corporei natura sua penetrabili conueniant, & quibus proinde corporea illa

res, perfectior alia spirituali absolute eundat. Secundo corpus aliquod pure tale, posse esse cognoscitum, ac volitum obiecti spiritualis, ac proinde absolute intellectum, & intelligens nulli ratione videtur metaphysicè repugnare: quo admo, nulla repugnantia apparet, cur corpus pure tale perfectius intellectum spiritu, adæquate etiam tali, nedum ex parte solum, (ut homo est) absolute sit; ergo neutra ratione, ex maiore perfectione Angeli, quam hominis, spiritualitas, & incorporeitas, præsertim absoluta, & omni modo, Angeli efficaciter suaderetur, cæterum ratio utraque satis efficaciter probat, ex maiore perfectione Angeli, quam hominis, (quem Philosophi & Patres, ex parte spirituales intellectum, & incorporeum, minimum ex parte animi, quo essentialiter constituitur, agnouerunt) spirituales, saltem ex parte, atque spirituali animo præstantiores, & perfectiores constare esse, id quod ostendere, hic oportet demonstratione repugnantia, & physica, & metaphysica, quæ in aqua perfectione rei absolute, & adæquate corporeæ, cum spirituali, adhuc inadæquate, & ex parte solum tali reperitur: tum etiam ex repugnantia, physica etiam, & metaphysica, corporis absolute, & adæquate talis, intellectui tamen, & volitui rei spiritualis. Oportet autem utrumque hanc repugnantiam in re præsertim ostendere, ac recentiorum argutis totam Philosophiam, & Theologiam peruagantibus, & importune, & inuoluntate, imo perniciose vibris mouentibus, concutientibus, & turbantibus locus deinceps superius; inexto vero nostro huic demonstratio supponendum, est, quod recentioribus hæc minus, quam par esset perspectum, vel potius animadvertendum fuit, ac subinde minus apud ipsos firmum, quam deberet.

3. Illud autem est: duo esse generatim loquendo ad demonstrationem omnem principia. Alterum ad formam rectè concludendi, certitudinem, & evidentiam necessarium: quod generale omni demonstrationi, in quacunque materia est. Atque hoc quidem nullatenus ab his, quæ ex rebus, quibus natura, & vniuersum constat, & quæ in ipsis constanter esse ac certa lege, ceteris apprehendimus, in sui certitudine evidentia, & infallibilitate pendet; sed de se, ac ex terminis, tantum evidens, atque infallibile naturali rationi, homini est. Ad hoc autem genus principiorum, ex parte formæ demonstrationis spectat illud principium, *quodlibet est, vel non est: cui tantum demonstrationes omnes, quæ per impossibile dicuntur, illud etiam dici de omni, & dici de nullo, in quo omnes demonstrationes, ostentibus appellata, fundantur, illud etiam, quæ sunt eadem cui tertio, sunt eadem inter se, cui formæ syllogismi expositio certitudo infallibilis, & evidentia innituntur: ut in summa nostra varque ostendimus. Alterum vero genus principiorum ad demonstrationem, cuiusque certitudinem, evidentiam, & infallibilitatem necessarium, ex parte materiæ, circa quam versatur, seu propositionem, quæ ad formam certè rectè concludendi disponunt, esse debet. Et horum quidem certitudo, & evidentia, ad demonstrationis cuiusvis, siue physica, siue metaphysica necessaria, ex parte materiæ, ut in materia quavis legitime, atque infectibiliter, certo, & euidenter concludatur, ex his quæ in rebus constanter experimus; atque ea, quæ deprehendimus, necessario accipimus, nec sumi aliunde, eorum principiorum, ex parte materiæ, ad demonstrationem, etiam, metaphysicè rectitudinem, & indefectibilitatem requiruntur: tum nobis pro hoc statu potest, ab eisque deprehenditur hoc statu, nisi per sensus, ac seclusa reuelatione, aut minus, naturaliter, ac seclusa reuelatione, aut minus, posse possumus, ac sensum cognitio omni præsentium, aliquando saltem in rebus, experientialisque subinde sit; sit plane nihil nos maiore*

evidentia, & certitudine in materia, vlla cognoscere, & iudicare vllatenus posse, quam illa, quæ nobis constanti, ac perpetuo experimento in materia illa ingeneretur, ac fiat. Patet in demonstrationum metaphysicarum, circa rem, & materiam, quamvis principis metaphysici: vel à definitione metaphysica, ad definitum, vel ab essentia metaphysica, rei cuiusvis ad eius passiones deductarum; vel è contra; à passionibus metaphysicis, seu attributis rerum ad earum essentias. Vnde enim verbi gratia demum nostri hominem esse animal rationale. Vel hominem esse visibilem, vt ex eis principis, in aliquo euidenter, ac certo deducas esse illum, vel non esse hominem, aut visibilem, vel ex eius visibili itate deprehensa infallibiliter colligas esse illum animal rationale, vel hominem? certe ex his, quæ operationum sensibilibus, eis prædicatis respondentium experimento in hominibus cunctis novimus, ac iudicamus.

4. Hinc planum fit: principia demonstrationum de rebus, quibusque, & cuiusvis materie propria, tam physica, quam metaphysica, atque ad demonstrationem quamvis, siue physicam, siue metaphysicam, ex parte materie requisita maiorem evidentiam, certitudinemque habere non posse, quam illa experimentalis scientia constans, atque in nulla deficiens ex rebus rationis, & speciei eiusdem, in rerum natura captare habeat: cui tandem, vt vidimus, tota illorum principiorum evidentia, & certitudo innotuit, vnde rursus fit: tunc solum nos aliquid rationabiliter, & certitudine, atque evidentia tota, ex parte materie, nobis pro hoc statu possibilem, tam physicæ, quam metaphysicæ demonstrare, cum principis, siue physicis, siue metaphysicis experimento ex naturalibus constanter perpetuo, & indefectibiliter, in materia illa deprehensa decessimus, illudque de ipsa monstramus: quare nihil amplius certitudinis, & evidentie principiorum ad perfectam demonstrationem, ex parte materie, requiritur, quam quæ ex rebus ipsis naturæ constanti hoc, atque in nulla deficiens experimento capitur: cui si aliquid contra dicere, ac repugnare inuenitur, in ipsum physicæ repugnare rationabiliter à nobis pro hoc statu censendum est. Confirmatur ex Aristotele, & philosophis reliquis, qui prædicamenta omnia, quæ demonstrationibus cunctis principia metaphysica ex parte materie subministrant, non aliunde dignoscunt, diuiserunt, atque ordinaverunt, quam ex his, quæ in rebus vniuersi constanti experimento vltà venire, sunt assueci: vt quod commune cunctis obseruatur prædicatum, genus supremum, & vniuersalissimum dixerint, primoque loco, vel vt cæterorum caput, collocarint: sicque pro maiori minorque cæterorum, ad plura, vel pauciora, quibus natura constat, extensione, experimento simili deprehensa, genera, & species inter medias, superiores, vel inferiores loco, in prædicamentorum serie posuerint, quo circa, cum aliunde, quam ex ita statutis, ac deprehensis principis rei, aut prædicati, alicuius in ipsa repugnantia queritur, vt eius vel prædicati alicuius in ipsa possibilitas negetur, atque amoueat, queritur quidem, quod à nobis, pro hoc statu, nequit prorsus, inueniri magis, quam à cæco natio coloris natura, essentia, atque in suas species diuisio. Similiter deprehensa, experimento & in rebus, quibus natura constat perpetuo, & constanti rei alicuius, vel prædicati cuiusvis in ipsa repugnantia, vel rem illam, vel illud in ipsa prædicatum repugnare, atque à rerum possibilitate, excludi, non physice solum, sed metaphysice etiam demonstratur quin argui rationabiliter aliunde, eius possibilitatis rationabiliter queat, eiusve repugnantia euacuari.

5. Porro ex veris hisce, & certis prænotatis debite perceptis patet: quam inaniter, ac pure arbitrario argumenti illius, quo Angelos adæquare, omnique parte sui corporeos esse non posse, sed aliqua saltem sui parte spirituales necessario fore,

communiter ex eorum præ hominibus excellentia probatur; ab Arriaga, & neoth. ricis. aliis in dubium vocetur, illius item argumenti: quod intellectibus, nec sensibus solum, ac sensibilibus, non autem pure spiritualium cognoscitiuis, esse debeat. Primo enim pure, atque omni ex parte corpoream substantiam supra aliquam, etiam sui parte, spirituales esse posset, sed potius esse perfectione inferiori necessario debere vniuersi natura, relique omnes illius ostendant, & constanti experimento, atque in nulla deficiente nos docent: quin maiorem spiritualis substantiæ perfectionem adiuncti alicuius additione in se vlla corporea superari, vt hæc spirituali imperfectione excedat, vel suppleri adhuc, vt corporea spiritualis perfectionem compenlet, & adæquet ex aliquo in rerum natura tota deprehensa nouerimus: ergo aliunde adiunctione alterius corpus omni parte sui tale superare, imo æquare adhuc, substantiæ, aliqua saltem parte, spiritualis perfectionem posse, non solum ex principis nostris physicis, aut metaphysicis rationabiliter non probatur, sed illis euidenter contradicit, & repugnat; ergo ex maiori perfectione substantiæ Angeli, quam hominis, aliqua ex parte substantia spirituali, & perfectiore, quam in homine fit, constare physica, & metaphysica evidentia, ac certitudine demonstratur. Confirmatur quia, ex eo, quod animantia iuncta substantiis inanimatis, perfectiora experimento constanti, atque indefectibili, ex perfectioribus illorum vitalibus operationibus deprehendimus, abiectionem, quoduis, ac fordidissimum animalculum (pulicem puta, culicem, ac vermiculum) inanimatis, quantumvis magnis, & splendidis, cælis, & astris perfectius esse, vt euidētissimum Philosophia docet, ac demonstrari, omnes censemus; quod minime fieret, nec rationabiliter iudicarem, si alterius nobis ex natura ignoti, sic deprehensa illa animalis perfectio maior compensari posset, vel absolute compensari à nobis rationabiliter iudicaretur.

6. Confirmatur secundo; quia alias falsum profus esset illud, vel sola antiquitate sanctum, & firmum, atque euidētissimum cunctis axioma. *Supremum infimi generis, non attingit infimum supremi*, si additione alicuius alterius ex natura nobis ignoti, alicui, quod inferioris generis esse, ex naturalibus dicimus, generis, aut speciei, quam perfectiorem esse, & superiorem natura nos docuit, excedi, aut æquari superioris perfectionem asseri à nobis rationabiliter posset. Denique his Recensionibus, qui additamenta hæc perfectionum, ex prædicatis mere arbitrariis, & quæ nullatenus natura docuit, rebus adiungunt, vt infirma ex genere suo, præ superioribus ex suo genere viderentur dici appositissime illud potest, quod Ioan. 4. Ad Samaritanas. Christus Dominus aiebat: *vos adoratis, quod nescitis, nos adoramus, quod scimus*. Similiter nihil pure, & secundum se totum corporeum, intellectuum, atque pure spiritualium obiectorum, ac vltra sensibilia, cognoscitiuum, & appetitiuum esse posse; multoque minus intellectui homine perfectius, atque entitatiue superius æque ex naturæ principis euidētibus constat: indeque Deum in se corporeis oculis videri non posse, cum omnibus Theologis ærtissime suo loco, atque euidētissime demonstramus: quare, & ex prædicato intellectu, & ex maiori perfectione substantiæ Angeli, quam hominis, ex parte saltem spirituali, & intellectiva substantia, perfectiore, quam rationalis hominis animus fit, Angelum constare, non efficaciter solum, sed physica, ac metaphysica evidentia, ab antiquis doctoribus, sacris demonstratur. Accedit concors Patrum, Theologorum, & Philosophorum etiam (præter Atheos) omnium de Angelis sententia. Nemo enim corporeos in totum Angelos asseruit; tamen eorum aliqui, illos corpore, & animo spirituali constantes esse, videntur, ad speciem, & sonorem, asseruisse, id autem, in quo nationum, professionum, & temporum omnium sapien

inadequata Angelorum corporeitate, siue eorum parte corporea, qua substantialiter consentur, classis fuit, eorum, qui Platonis doctrinam (ut primis Ecclesie seculis viuunt) plerumque secuti, in re etiam præsentem eundem sectabantur, assentes: Angelos corpore, non quidem crasso, palpabili, & apprehensibili, ut nos, sed subtiliore, & æthereo, siue æthereo consistere: Ad hanc vero classem venire, nisi inconsequenter nequeant primæ classis Doctores quia corpus prolifico semini aptum (quale æthereum, æthereumque non est) admittere consequenter debent, ut fateatur Tertulianus, citatis locis, maxime ex libro 2. contra Marcionem, quamuis sui immemor de carne, Christi, c. 6. in hanc venerit, classem afferens: Angelos proprie carneum corpus non gestare, sed solum sui generis proprium, tenuius nempe, & subtilius, ergo ad secundam, classem istam spectare videntur in primis Origenes proæmio libri 1. Periarch. ubi ait: incorporeos Angelos dici respectu corporum crassiorum, ut aer à multis incorporeus, atque spiritus dicitur, ut tenue, subtilique corpus est, & teneri, atque virgenteri resistere, nequit, & cap. 6. ait: se non capere, quomodo tot, ac tanta substantia, vitam agere, & subsistere, siue corpore possint; cum solius Dei proprium sit, ut sine materiali substantia, & ab hisce vlla corporea substantia, adiectionis, societate intelligatur subsistere. Quæ loca satis producit Orig. nem. (ut in alijs) ibi, saltem hac in re Platonizasse; tamen si alibi, inconstans à sua hac sententia, (ut benigniores interpretantur) recessit; quod nullo firmo fundamento nititur. Nam, est cap. 7. Angelos incorporeos virtutes appelleret, iam quid incorporei nomine intelligit, cap. 6. præmiserat, & libri proæmio, quod ibi non retractat, quod autem contra Celsum, verius fin corporeas lacrimas Angelis neget de crasse corporeis nostris loquitur, quas forte solas agnoscit. Denique, quod docuerit, Angelos in criminum peccata corporibus vestiri, ac subinde, ea ipsis conaturalia non esse, nec de Angelis speciatim docuit: neque inde connaturalitatem corporis negandam, ipsis arbitratus est, id enim de animis solum nostris, (quas ante corpora nostra, atque in ipsa infusionem erronee putauit creatas) & speciatim docuit teste August. 21. de ciuit. c. 21. Enstos à Deo peccasse à conditore recedendo, & diuersis progressibus, pro diuersitate peccatorum, à calce usque ad terram, diuersa corpore, quasi vincula meruisse, nempe terrena, ac crassa, (qualia sunt, quæ animi nostri foriuntur) pro meritis, vnde ad Angelos nempe rationales, (sicut animi nostri) substantias, extensus eius error, videtur, à Hieronymo, Epist. 59. de erroribus Origenis, sed inde solum fieri Origenem, & si ob crimina corporibus vestiri Angelos, sicut animos, rationales dicat, vel de terrestribus loqui, vel non minus, naturaliter corporibus, subtilibus, ac æthereis suis vestiri, & componi quam animi nostri naturaliter suis vestiantur, corporibus, & in homines componantur. Vane ergo ab eo errore Origenem Bubalus excusat §. 1. versu deinde §. 3. versus verum hi loci, per tres totos sequentes, §. 6. longe à m. d. versu Decimus septimus sit. Bene autem Vazquez, 1. p. d. 178. eum erroris eius tenuit reum.

§. In eadem sententia, & classe numerandus est Cæsarius sine tomi 2. sui fratris Nazianzeni libro Dialogorum, Dialogo 1. pag. 1467. scribens Angelos esse quidem incorporeos respectu naturæ nostræ; habere tamen corpus secundum suam naturam, ut ventus aer, ignis: corpora enim sunt subtilia crasse materia nostra expertia, quod nusquam retractat: ne quidem Dialogo 7. ubi absurdum, & blasphemum esse, ait, putare Angelos cubare cum mulieribus. Bubali autem benigna interpretatio, §. 3. versu. Verum nego Cæsarium illud, secundum suam naturam, ad ignem, ac aerem referens aperta grammaticali constructione, à puerulo quouis efficaciter reicitur. Macharius etiam Sc-

nior tom. 4. Biblioth. hom. 4. corpora tenuia, & subtilia Angelos, & animas etiam nostras, gestare censens. Callianus item collat. 7. cap. 11. licet enim pronuntietur, nonnullas esse spirituales naturas, ut sunt Angeli, archangeli, ceteraque virtutes, ipsa quoque anima vel corie, aer ipse subtilis, tamen incorporea nullatenus estimanda sunt. Habent enim secundum se corpus, quo subsistunt, licet multo tenuius, quam nos. Nam sunt corpora secundum Apostoli sententiam, ita dicens 1. cor. 15. & corpora terrestria & corpora caelestia & iterum seminatur corpus animale, surgit corpus spirituale. Quibus manifeste colligitur, nihil esse incorporeum, nisi Deum, & idcirco ipsi tantummodo penetrabiles omnes, spirituales, atque intellectuales substantias, eo quod solus, & totus, & ubique, & in omnibus est. Transcripsi integram eius de re hac sententiam, ne excusatione, & interpretationi locus, superfluit: cum sententia suæ rationem, reddat, quod cetera à Deo impenetrabilia, alia alijs sint, & esse natura sua petant extra locum alterius, & suo, quæque loco, à loco alterius diuerso, quem oppleant, circumscripti: id quod substantia corporea, iuxta veram, & communiorum philosophiam essentia est; qua in re, & præceptore suo Chrysostomo auditorem, alias addiditissimum Discipulum Callianum defecisse miror, in eandem classem venit apertus Ioannes Thessalonicensis Episcopus Synodo 7. (quæ fuit Nicænum Concilium 2.) act. 5. ubi inde pingendos Angelos contra Gentiles probat, & concludit, quia corporei sunt, corpore scilicet tenui, igneo, vel æthereo.

6. Huic Ioannis Thessalonicensis rationi, Synodum totam consensisse contendere posset, cuius discussum summarie proponenti sic Tarasio Patriarchæ. Ostendit Pater (Ioannes Thessalonicensis Episcopus) Quod Angelos pingere oporteat, quando circumscripti possunt, & ut homines apparuerunt. Illico synodus tota respondit. Etiam Domine. Cum enim concilium propolitis annuat, nihilo eorum reiecto, potius quam eorum altero, atque alterum propolitis, sit ratio Ioannis Thessalonicensis, quod Angeli sint corpore subtiliori nostris, igneo, scilicet, vel æthereo, constantes, quæ pingendos probauerat sit sane, illam etiam rationem, nec solam conclusionem debita picturæ Angelorum, secundum in Ecclesia licita, à Synodo approbata, ac definita. Nec satis est (ut bene Bubalus diff. 1. §. 6.) Valentia d. 4. gener. qu. 1. p. 1. ad 1. & Vazquez proxime c. 5. & communis iam Recentiorum solutio: nempe concilia aliquorum Patrum, quorum, & ratio, & conclusio proponitur, conclusionem approbare ratione omitta, & neglecta: etsi enim fieri, id à concilio possit, ut factum dicatur, oportet eius neglectus, & omissionis firmum aliquod in verbis concilij fundamentum, indiciumve reperiri; quod esse nullatenus potest, cum vtrique simpliciter, ac sine vilo distinctionis vestigio propolitis approbatione communi assentitur, ut in re præsentis videtur euenisse. Respondetur, tamen: septime huius synodo conclusionem, & rationes contra gentiles Ioannis Thessalonicensis, lectas quidem fuisse; non tamen, ut fuerant lectæ fuisse à synodo statim approbatas, nec eius approbationi, immediate subiectas; sed ut eius testimonij summa proposita Concilij iudicio, & determinationi à Tarasio Patriarcha fuit. In ea vero summa Tarasij ea Ioannis ratio, quod Angeli corpore, tamen subtiliori, constarent, ut dubia tunc, & minus fors vera atque Patribus concilij (vtriusque) displicens, ex eorum etiam consilio à Tarasio fuit omitta, ut de recitato textu patet, duæque tantum alia à Ioanne Thessalonicense tactæ, sunt recitata illis verbis, Quando circumscripti possunt, & ut homines apparuerunt, ut firmiores, neque in dubium à Doctore aliquo Catholico vocata, sed in scriptura de eorum circumscriptione in loco, & apparitione Angelorum humano habitu, & specie

expresse, & gentium historiis comprobate. His ergo
duobus rationibus propoſitis, non autem omiſſa,
alteri, in propoſitione Tarſij, æque, acque conclu-
ſioni de pingendis Angelis, & iſcariſmatim ſyno-
dus approbationem ſuam ſubſcribit, quare, & vtram-
que rationem hanc. *Quidquid circumſcribitur loco*
pingi poſſe, & licet: & quidquid humana ſpecie
nobis apparere, poſſe ſenſibus noſtris inſpicitur, obſicui
nobis cognoscendum, loco circumſcriptum ſe nobis obſicui
ergo, licet, poſteſque a nobis deſcripi. Ea Synodus de
fide, &que infallibilis veritatis ſecutæ etiam natu-
ralem, evidentiâ habent, vt quæ loco naturali,
terminum & ſuperficiem, lineasque patiuntur, arti-
ficiali picturæ loco pari eadẽ licet poſſint: & quæ
ſpecie aliqua, corporea ſe a nobis percipi paſſi ſunt,
firmius, diutiusque ſub eadem ſpecie pingendi ante
citra ipſorum iniuriâ, a nobis cognoscendi tenean-
tur; quæ ratio picti circumſcriptione naturali, vel
poſſibilis, non pendet, vt patet.

possibilibus, non penitet, vt patet.

7. Sed quoniam pro Angelorum corporeitate Ioannes Thilonicensis, Patres aliquos citato referebat: scilicet Basilium magnum, Athanasium, & Methodium eorum mens textibus huius sententiae fauenticus examinatis indaganda est. Et de Methodio constat hac in re cum aliis relatis pro prima classe à vero decessisse quamvis secunda huius specialis classis de aereis solum Angelorum corporibus, ad quam Ioannes Thetal. illam allegat (spectat) non legatur consensisse; tamen genere locum, cum ea contenta: Basilii videtur pro hac specialis classe clarior, de spiritus s.c.10. sic factus. *In celestibus virtutibus substantia quidem earum, puta, spiritus est aeris, aut ignis immaterialis iuxta id, quod scriptum est, qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem, argentum. Ea propter, & in loco sunt, & sunt visibiles, dum ita, qui digni sunt, apparent, in specie propria corporum.* Respondet Bubalus § 5. *veru vt vult etiam.* Dum dicit esse ignem immaterialem, angelicæ substantiæ omnem materialitatem, & corpori rationem negare, ac solum velocitatem, & actiuitatem in ministeriis à Deo commissis, ignis, & aeris vocibus voluisse Basilium denotare. Sed tamen ignis materialis, quem Angelos esse negat, nunc hinc notandum, notissime vltus communis mixtum & ex crassa materia coneretur, aque ab elementalibus, igne, materie subtilioris, diuersum intellexit, dum substantiæ angelicæ materialitatem ignis, crassam scilicet, negarit. Indequè constat: quia materialitatem aeris substantiæ Angelicæ non negat, quia subtilius, & elementalibus solum est aeris corpus, quod Angelis simili attribuit quod autem esse velocitatem, & efficaciam solum ministeriorum significare noluisset, patet: cum expresse de Angelorum substantia agat, & doceat. At inquit homin. *Quod Deus non fit causa malorum*, sine de Dæmone, ac fabinde de cæteris Angelis, *Natura ipsius incorporea est, secundum Apostolum dicentem; non est nobis colluctatio, aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus spiritualia nequitia.* Sed, cum caro, & sanguis corpus crassum sit, quod Angelis, ex eo loco negat, non est remne illud, & subtile, quod loco anteriore, eorum substantiam, ex instituto declarans, concesserat. De Athanasio dicemus postea, cum aliis, qui Angelum animal rationale esse dixerunt. Rupertus demum t. de Trinit. cap. 11. & 1. in Genesi. c.11. & 1. de Victoria verbi Dei, c.6. & 18. Angelos corporeos affirmat; tamen hoc potestremo loco oppositum censet. Eucherius etiam Lugdunensis, serm. de dedicat. Eccles. tamen corpus quod videti tangi, loqui, & manducare possint, non ipsi proprium, sed pro libito assumptum, vt vestem, dicat, eo vero exutos, in eundem aerem resolui aii: quod illos corpore aereo videtur donare.

CERTAMEN III.

*Augustinus, & alij Patres ab ea sententia
vindicanur.*

Avgustinus ex pluribus locis ad eandem di-
scem a nonnullis respondit. Primo ex c. 12
Ecclesiasticæ, dogmatibus; qui tamen liberis Angli-
sæ, nec catholici scriptoris est. Secundo ex c. 13
et 16 lib. 8. de ciuit. Vbi ex-pulsi Platonicorum
Angolorum corpora sententia; (quam suam libi non
facit) eius, & Platonicoorum inconuenientes, necesse
ac persequitur. Tercio ex c. 10. lib. 1. de generali
litter. vbi duplici quaestioni ibi proposita, respondit,
ex eius sententia hypophesi, non autem alteratione,
transistat, ex verbis ipsius, quæ opponuntur, *quæritur,*
& si demones aëreæ sint animalia, &c. ad illud, *autem*
transferebuntur illi, atque *transferebuntur,* talia
corpora gerant, *neque hoc mirum sit,* si *animæ sint,*
in aëreæ qualitatibus, *non tamquam ab igne,* &c.
ad id elementum superius aliquod patet. Quarto ex l. 2.
c. 23. vbi, *Aëreum corpus populi pectus habet.*
Homo autem lateum corpus accipit. Sed ibi ex ta
Origenis sententia fipposita, non autem ibi probata
eius inconsequentes doctrinæ resellit, quod
scilicet animæ pro criminum magnitudine, vel pu-
nitur, vel fupiora, & leuiora, reuoluantur, &
crassiora corpora, tanquam egressa, & carceres
acciperint: id enim Avgustinus permutat. Deinde
debit Origenes, & quicunque, ita sapiat, si hæc
opinio vera esset. Ex Quinto ex c. 15. de ciuit. vbi
contendit: Angelos, & si aëre corporatos, non po-
tuisse cum feminis coire, quare enim ex eis leu-
tissime, suppositione, non alteriore, quam adu-
scipiem esse subiungit, & lib. 12. cap. 10. (ex quo
etiam opponitur) quaestione de demonum ab igne
tortura, eandem ex aliis sententiis, non agere, in
suam, supponit expresse verbis ipsius, quæ opponit-
ur, *quia sunt quidam sua demones corpora*
(sicut doctus hominibus visum est), & *aliis non,*
&c. Ex c. 6. proinde latius adicit, si autem
quam nulla habere corpora demones agerent, non
est de hac re, aut elaborandum oporere conueniens,
aut contentiosa diuinatione certandum, quibus
nihil definiæ uide fateatur, & potissime potius
ibi etiam, allentit illico satis inuenit, his rebus.
Cur enim non dicamus, quomodo ueræ, tanquam
etiam modo, spiritus incorporei possint ita cor-
porali ignis affligi? si spiritus hominum ita profusi
ipsi incorporei; & quomodo poterunt nulli corporali
membris, & tunc poterunt corporum suorum
vinculis inflexibilibus alligari. Virgini quædam di-
cordi carceri natura Angelicæ alligetur perperam,
tristitiam, doloreque, inde conspiciunt: tanquam
physicæ ab illo non alterentur, vel inquit bu-
licorum explicans, S. Thom. qu. 26. de spiritibus
creat. a. 1. ad 2. quod ad actiua alteratione uertit-
& ex mente Avgustini est, de formalis uero altera-
tione, non item.

2. Sexto ex Epist. 7, vbi ait contra inmoderatū
Episcopum, quantumvis perfectus oculis corporis
Beatorum Deum videri non possit, ex his Hieronimi
sententia, *Quantumvis enim oculis corporis maneat
in melius, Angelus invisibilis, nisi affectibus laborat,
quos infra, quibus insubilis, nisi affectibus laborat,
quos etiam caelestibus? sicut supra de Angelis, & per-
fectissimis, & dominantibus iuxta dicitur, quanto magis tu-
ribus! Vbi ex Hieronymo videtur oculis corpo-
reos, Angeli concedere, quibus quantumvis elevari,
& in melius Dei dono mutati hominum oculis elevari,
visibilem tamen ab eis Deum negat; verum
hoc solum asserit Deum oculis corporis, quibus
quantumvis perfectis, videri, & si Angeli, quibus natura sua
perfectiores forent oculi, si eis darentur, Beatorum*
horum

hominum oculi quous Dei dono perfecti, & vique ad aequalitatem cum Angelis (ex hypothesi, quod darentur) accidentarie elevari. Ex simili hypothesi loquitur in Psalm. 145. ad id, lauda anima mea Dominum, quod à carne dictum non fuisse probat; quia, si, licet corpus angelicum, inferius est, quam anima; consilium superiori dari non potest. Instant. ex epist. 115. ubi Angelos vocat aëreos, aethereosque animantes, quorum est sensus acerrimus, in cuius comparatione nos, nec sensus quidem esse putandus est. Sed certe, ex eo, quod Angeli, aëra, ac aetherea incolant, iuxta Platonem, saepe ab Augustino approbatum, aëre, & aetherei dici possunt: & iuxta Patres, & Ecclesiae phrasim, quæ purus spiritus, & absolute incorporeos Ang. los credens, & docens, ex incolatu alios aëreos, alios terrestres compellat: sicut Tolertanus, & Matritenses, Toleti, vel Matriti incolæ vulgo etiam nominantur, sensus, autem vox non potentiam, & actus sensitiuos determinat, sed facultatem & actum cognoscendi, ut sensitiuus & intellectiuius communem significari: imo, & quandoque intellectiuius, absolute, & proprie determinate cum de intelligente, & rationali est sermo, significari elegantissime, vulgatum peritis, & consuetum est, teste Quintiliano lib. 8. c. 5. Cicerone, 1. de Oratore, & dictionariis quibus iudicia nostra perelegantur animi nostri sensa & sensus dicuntur: unde Angeli acerrimi sensus, cognitionis, aempe, intellectus, siue intelligentia, atque humana longe præstantioris, ab Augustino præfatis verbis solummodo allcuntur, ut de Genesi, ad lit. c. 7. & lib. 12. c. 17. clarius expressit, dicens: demonis, quædam vera præ nobis cognoscere, partim, quia ingenis subtilioribus viget, partim experientia, calidiore, &c. quæ bene obseruat. S. Th. q. 16. de malo, a. 1. ad 1. Nec magis viget Augustinum ibi quæstioni Nebridij (quomodo ab Angelis, ac demonibus cogitationes, & somnia plura, nihil aduertentibus nobis, imo dormientibus, inferantur?) respondere ab animi paritate, qui perceptorum à se vestigia potest corpori suo imprimere, ac figere, unde nobis nihil, aduertentibus somnia, iræ, & similia excitentur: subditque proinde; nequaquam est absurdum eos, qui aëreos, vel aethereo corpore, aliquid incorporeis agunt, quæ naturali ordine penetrant, longe maiore vi facultate, ad mouendum, quidquid solent, non sentientibus nobis, & tamen inde aliquid perceptentibus. Etenim illud corpore agunt, non tanquam agentibus Angelis infuso, sed tanquam instrumento, quo agunt, intelligi aptissime potest. Quamuis autem de infuso Angelis corpore intelligatur; cum dicat naturaliter corporeibus, in quæ agunt penetrari, quod aëreo corpore non conuenit, corpus ibi ab Augustino, non propria, & rigida significatione, sed lata, prout substantiam omnem creatam coëctet, ab increata diuersam, accipi, certum est, ut alibi, & ab aliis Partibus accipi inferius dicemus.

3. eptimo ex tertio de Trinitate, cap. 11. & alibi non semel ubi ait: Angelos loqui, & similia, quæ sine corporibus agi nequeunt; sed distinguendum est, sine corporibus informatis spiritu loquentis falsum est; at vel informatis, vel assumptis verum, atqui ita potius Dei nomine locutus censet, quam corporibus informatis illis, siue assumptis, ex creatura, quod ipsi non essent, ubi Deus figurate demonstraretur hominibus. Octauo inducitur, ex 15. de ciuitate cap. 23. ubi ait: Angelos etsi corporei sint, non posse cum mulieribus coire. Sed male quæstionis, & conclusionis, Augustini hypothesi, pro eius asserto assertum; maxime, cum dubiam ibi, eam quæstionem de Angelorum corporeitate, vel aërea, vel ignea, atque indefinitam reliquerit: atque illud Psalmi. Qui fecit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis, De natura, an de charitatis seruire eorum in suis ministeriis intelligendum sit: dubium relinquit; certum vero, ex verbis Psalmi, eos spiritus esse; cum autem Christoph. de Ortega, de Deo Pno. Tom. II.

certum sit faunos, & syluanos, quandoque mulieribus infestos fuisse, addit. Se non auidere temere definire utrum aliqui spiritus elemento aëreo corporati sentientibus faminis misceantur. Cum autem de corporatis solum, non autem corporibus, & corporeis, sed spiritibus dubitet, eos potius spiritibus, & incorporeos esse supponit: & de eis an assumpto corpore, aëreo, & ipsi extraneo misceantur mulieribus non vult definire. Non denique recitatur ex 3. de Tr. c. 1. & efficacius, (quidquid leuius esse Bubalus contendat difficult, 1. §. 4. verus. Nullus ergo ex tot Augustini locis) ubi hanc proponit quæst. An vero Angeli, qui iam erant ita miscebantur, ut ex persona Dei loquerentur assumptis corpora in usum ministerij sui, an ipsam corpus suum, cui non subdantur, sed subditum gerant, mutantes, &c. Sed fateor excedere vires intentionis mea utrum Angeli manente sui corporis qualitate, per hanc oculis operantes assument, ex inferioribus elementis corpulentioribus, quod sibi coaptatum est, quasi aliquam vestem mutant, & vertant in quælibet species corporales, etiam ipsas veras: sicut aqua vera in vinum verum versa est à Domino, an ipsa corpora sua transformant, in quod voluerint, accommodata, ad id, quod agunt? Ex quibus constat plane Augustini quæstionem inibi indecisam relictam de corpore proprio Angelorum, vel asserendo, vel negando nullatenus fuisse, ut Bubalus aiebat; sed eo supposito, an eius virtute crassiora corpora induant, vertantque in species illas veras, quibus apparuerunt, vel potius (ua propria corpora in illas apparenter transformant: sed tamen, cum id solum, ut dixi, queratur, & corpus habere Angelos suppositum, quæstionis sit, quod, tam ex propria Augustini, quam ex aliorum sententia tale esse potest, nusquam ex hoc loco probatur Augustinum Angelis subtiliora corpora (aërea putà, vel ignea) concessisse. Nullibi ergo Augustinus corpus proprium, Angelis, ex quo, & anima spirituali, sicut nos, conflarentur, concessit; etsi ex aliorum sententia, ut vidimus, alias quæstiones versans supposuerit, nec de eo ibi voluerit disputare, sententiam quæ propriam proferre; quamvis testimonio 8 recitato, aliisque producendis pro negatiua parte, se satis prodiderit.

4. Redigitur ad eandem classem secundam Bernardus ex serm. 5. in cant. duplicem spiritum distinguens cælestem, & rationalem (sic enim legendum teor, non irrationalem vitio typorum, & amanuensium, ut sequens contextus suadet); ille ergo cælestis (irrationalis) ut iure feruiat; iste, (rationalis, seu Angelus) ut pæ subueniat, ambo proculdubio suis corporibus egent, ut iuuent, & 5. de considerat. c. 4. cælestia contemplantur ait. Primo quidem eius spiritus esse illic potentes, gloriosos Beatos distinctos in personas, dispositos in dignitates, ab initio stantes in ordine suo, perfectos in genere suo corpore aethereos, &c. subditque; Hac omnia legendis compertimus, si le tenemus, & quamvis postrema, de fide catholica, erga omnia, & singula præfata Bernardus non dixerit, sed iuxta distributionem accommodatam, ex lectione Patrum, vel Doctorum, quædam, & ex fide diuina, atque ita ex lectione, & fide diuina omnia sibi nota esse asseueret; est corpora aetherea Angelorum, etsi ex aliis didicerit fateatur ceterum, cum iuxta hanc genuinam eorum verborum interpretationem, ea Angelorum corpora alios legendis se compertisse asserat, nihil asserit ex propria sententia id, quod amplius ex contextu testimonij primi patet: post quod rationes contra propria Angelorum corpora proponit, atque eius dubij decisionem. Nolo, inquit, ut à me requiratis, videntur Patres de huiusmodi diuersa sensisse: nec mihi perspicuum est unde alterutrum doceam: & nescire me fateor. Superest de aliorum Patrum mente etiam dubium. Nam quidem creatam omnem substantiam comparatam ad Deum corpoream, & materialem, siue, corpus esse docent. Hilary, can. 15. in Math. Damascen. 1. de fide cap. 2. Gregor. Mag. 2. Moral. cap. 22. Verum facile respondit, S. Thom. locum Damasceni primo interpretans, 1. p. quæst. 50. a. 1. ad 1. medium comparatum ad

extremum, à quo praefertim, valde magis, quam ab alio extremo distat de huius alius natura, & nomine censeri: ut tepidum respectu calidi valde, videtur nominaturque merito frigidum, ac vinum dulce comparatum, ad mel, videitur amarum: eo enim loquendi modo quantum ab extremo, cui comparatur, distet, tantummodo significatur. Respondet secundo S. Thom. Damasceni locum interpretans, iterum q. 16. de malo art. 1. ad 7. ac rursus, quæst. vn. de spiritualibus, creat. a. 1. ad 14. creaturam omnem, etiam spiritualement, dici comparatione Dei materialem, & corpoream: quia Dei simplicitatem (qua omnis potentia physice recipitur, & perfectiua, ac perfectibilis per aliquid physice diuersum, materia, & corporum propria, adeo, excluditur) procul dubio non habet: ac proinde omnem corporis, & materialitatis vmbra etiam, & imitationem Dei simplicitas excludit, quas nulla creata substantia, quantumvis spiritualis, à se potest abicere: cum accidentia, quibus perfectiua physice possit recipere, atque ea natua potentia materiae, & corporis rationem in euitabiliter imitetur, atque inde materialis comparatione Dei (eo adhuc modo, ratione sua summa simplicitatis immaterialis, & incorporei) materialis, & corporea merito dicatur.

5. Fateor Plendo Augustinum libri de Ecclesiast. dogmatibus huius operibus inferri, Authorem c. 12. neutram hanc explicationem pati, & si omnia præter Deum corporea, & materialia, ut citati Patres agebant, esse defendat his verbis. *Creatura omnis corporea est. Angeli, & omnes caelestes virtutes corporeæ, licet non carne substantiant: ex eo enim esse credimus corporeas intellectuales creaturas, quod localiter circumscriptantur, sicut & anima humana carne clauduntur.* Quæ ratio plane à Patrum præfatorum ratione est diuersa, sed, ut dixi, num. 8. notaueratque prius, S. Thom. quodlib. 12. ar. 11. & Author censura ad eius libri initium præmissæ Author eius satis catholicus non est: quare nihili eius testimonium habendum. Ratio item eius; proprietate sermonis, contemnenda est, & si enim neque Angeli extra locum determinatum sunt, neque anima extra corporis sui locum, est neque Angeli, neque anima eis locis circumscriptiue sunt, aut circumscriptantur; licet eis definitantur, atque maius occupent, spatium, terminentur: quare, & suis illis locis definitiue locentur. Quod autem eo, improprio sensu, circumscriptio localis Angelorum, pro terminatione locali accepta, ratio ex re, non fit, constat: quia sola localis circumscriptio proprie dicta, qua parti loci solum pars locati respondeat, huius arguit propriam materialitatem, & corporeitatem; non autem terminatio in loco, cui toti, & cuiusvis eius parti locatum totum responderet, ut in animo rationali nostro (cuius exemplo hic author vitur) patet. Alij demum Patres pro eadem negativa sententia inducuntur, qui Angelos animalia, siue animalia rationalia docent: quibus verbis anima, tanquam forma, & materia, seu corpore per illam informato, constare, videntur, censere. Hi vero sunt Athanasius, libro de natura commun. essentia inter Patrem, & Filium. Mag. Gregor. homil. 1. in Euangelia, ibi. *Iudas tanquam ratione, vrentibus rationale animal, id est Angelus predicare debuit.* Verum Athanas. ibi etiam expers materiae rationale animal Angelum, dixit, & alibi etiam, ut cert. 4. referemus, S. etiam Gregorius expresse locis pluribus ibidem referendis.

6. Pro eorum vero locutione testimoniis citatis (& si quæ aliorum Patrum familia extiterint) responderetur. Animal rationale quandoque à Patribus idem, atque viuens ratione vrens, nec amplius, significari: qui viuens ratione, ut ens, non, nisi, in homine, qui proprie animal est, in iis, quæ ex sensibus nouimus; deprehenditur, sicut,

quia substantia, non nisi corporea, ex sensibus à nobis cognoscitur, Deum corpus dixit interdu Tertullianus, ut substantiam esse significaret: inde excusatus ab Augustino, lib. de heresi, lxxxvi. 68. & de Genesi, ad litteram, libro 10. cap. 8. & penult. & epistol. 158. Liqueat igitur ex dictis Patres primæ classis, qui Angelorum, cum mulieribus coitum docuerunt, eos partim corporeos admisisse: & illos quidem, nec numero paucos, nec alias autoritate contemnendos, ut vidimus num. 2. ex alijs vero secundæ classis, de aeternitate Angelorum corpore docuerunt Origenes Callistus, Callianus, Ioannes Thessalonic. Basil. Magnus, & Rupertus, ut constat, à num. 4. ad 7. inchoat, & præter eos, ex Patribus, nullum: ut certum, hoc monstrauius, & si autem, ea tantum ponderis habuerit, ut anceps ob inde, Bernardi etiam auctoritate eius veritate, aut falsitate, iudicium, ut videmus, fuerit, at vero, ab scholasticorum, quos diximus, Theologorum temporibus (Magistri, scilicet sententiarum eiusque commentariorum) hoc vsque Catholicis scriptor nullus, ei opinioni, sed aduersæ subscripsit; si excipias Caietanum in 4. Genesi, & in illud ad Ephel. 2. *Secundum principem potestatis aeris huius*, qui æreum elementum subtilius nobiliter proinde, ac sibi ignotum, corpus demonibus tribuit, ex Philologica ratione, adeo debili, ut nec solutione, nec memoria digna sit. Item Eugubinum de perenni Philopha, cap. 27. 30. & 41. Niphum, 3. de demonibus, cap. 3. Franciscum Georg. 1. problematum, c. 57. & 74. & lib. 6. cap. 310. quos referi Suarez, dist. 35. met. sect. 3. num. 9. & 1. de Angel. c. 6. n. 3.

CERTAMEN IV.

Angelos substantias in totum & adequatè spirituales esse, vera & communis scholasticorum, & Patrum sententia est.

1. **H**abet conclusio Patronos scholasticos omnes, ut diximus. Ita Magister in 2. d. 3. Ricardus, & Bonavent. ibi a. 1. q. 1. vbi Gabr. & Durand. etiam, 1. & Aureol. a. 1. Capitol. d. 9. q. 1. & 3. ad Aureol. argum. Scotus, in 2. etiam d. 1. quæ 6. int. & tota d. 2. quem tota eius schola sectatur Alexand. p. 2. q. 1. in 2. & 3. S. Th. q. 6. de potentia, a. 6. q. 1. de malo q. 1. de spiritual. creat. 2. contr. gent. c. 48. & 50 vbi Ferrar. & 1. p. quæ 5. a. 1. vbi eius commentatores omnes ad vnum, etiam Cajetan. sibi alias aduersus, Basilic. concl. 2. & 3. Zume. q. 1. concl. 3. Molin. & *Ha non obstantibus*, Valent. d. 4. q. 2. p. 1. Vazquez d. 178 c. 3. Sot. cit. locis Bubal. q. 3. dist. 1. § 10. Ioan. Protopol. dub. unico circa art. 1. citatum Arriaga, 1. in 1. p. tract. de Angel. d. 3. sect. 2. Quirós t. & tr. simili d. 1. sect. 1. & vno verbo scholastici reliqui vbi vis se, non disputatio solum, sed occasio dedit, vel obiter asserunt, vel supponunt, vel ex instituto non asserunt, tantum sed confirmant, atque oppositam sententiam temerariis, ut minimum, notant cum Cano 5. de locis fin. quæ 4. quo autem iure & scholasticorum omnium irreuerentia, nullo firmo fundamento ab ea sententia tentata, Patrumque (qui mala loci illius Genesi, intelligentia, ut mox videbimus decepti non aberrarunt,) fere omnium autoritate posita, atque vigentioribus etiam alijs facile apparebit.

2. Primo igitur totalem Angelorum spiritualitatem, omnimodamque incorporeitatem docuit Aristotel. 12. met. c. 67. & 8. docens intelligentias ab omni materia, & magnitudine separatas, quem Discipuli, & philosophi plures sectati sunt. sed naturæ Angelicæ scrutator profundior Dionys. Areop. c. 4. de diuin. nominib. clarius. *Vitam habent immortalem, & immemorabilem, à corruptione carentes, morte, & materia, & generatione mundi exstantes,*

Et ab instabili & fluxa, & aliquando aliter ferente, variatione eleuata: & sicut incorporeales, & immateriales intelliguntur & sicut mentes supermundane intelligunt. Infra post capitis med. corpus non esse animæ peccati causam, sic probat. Quoniam autem, neque malitia causa est anima corpus, manifestum est, ex eo, quod potest, & sine corpore malitia esse: sicut in Demonibus c. 7. ab omni materia multitudine, & admixtione soluta, ac libera mentes, sine materia aquiliter & de celesti Hierarch. c. 1. & 2. & plures Angelos corporis, figura, ac materia expertes esse ait. Irenæus lib. 2. c. 54. gnosticonum errorem de demiurgo seu opifice rerum, quem Dominum animale, siue corpore animato, & corporeum subinde, ac materialem absolute dicebant, confutat: quia Angelis, (& ipsi gnostici, qui se spirituales absolute creaturas putabant) ignobilior, & imperfectior foret, ac proinde, fieri à demiurgo, non possent: neque hic omnium opifex esse visibilium, scilicet, & inuisibilium, posset: ut Deus eorum, omnium opifex, ab scriptura dicitur. Ne vero inuisibilium, nomine corporeas substantias subtiliores, quam, ut videantur, viderique à nobis queant (puta aëreas, vel etiam tenuiores) ab Irenæo intelligi putet, ait: ab Gnosticis dici non posse à Deo demiurgo, sed hominum opifice, facta esse materialia (que eadem visibilia dixerat) ut puta calum (quod vtrique, eo sensu inuisibile à nobis est: & uniuersum, qui intra eum constituitur mundum: non autem illa, que super calum sunt (inuisibilia dixerat) ut puta principia, Potestates, Angeli, Archangeli, Dominationes. Cum aduersus ipsos gnosticos demiurgus, omniumque opifex non esset, neque omnium visibilium, & inuisibilium, que supra celos spiritualium factor contra scripturam, Athanas. de naturali communione Patris, & titulo de Angelis, ita Angelum definit. Animal rationale materia experte, hymnus dicendus aptum, atque immortale, & lib. seu tract. de definitionibus. Quid dicitur idioma à affectu, & passionibus Angelis, negat: utique corporeas, & materiales, ac subinde, corpus, & materialis: siquidem spirituales affectus, & passionibus negari illis non possunt.

3. Nazianzen. orat. 2. de Theologia, ut ostendat Dei aprium sermonem esse difficultum, argumento, à minori ad maius, ex difficultate recte de Angelica natura locutionis confirmans verius fin. ait. Ne hanc quidem, tametsi, corporis expertem, incorporeo modo cernere possimus, quippe, que ignis, ac spiritus appelletur, aut efficiatur (à Deo iuxta Psalmistam,) ut sic, nobis innotescat, cum corpore ministerij, & ignis imitar illam cogitamus, & infra, sed sunt sane illi, incorporei, ut quam maxime ad hoc accedant: videsne, quam circa huiusmodi sermonem astuamus. Postremam vero disunctionis partem permittit, non concedit: quia ea, admissa videntur probat summam idonei sermonis de Deo purissimo spiritu, & prorsus perfectissime incorporeo difficultatem: siquidem, et si spiritualitatem Angelus, & incorporeitatem absolute talem longe, quæ Diuina imperfectiorem, non habeat, sed, ad eam solum proximè accedat, in eius sermone, astuamus. Item orat. 2. de Paschate ait. Deum primo Angelos, celestes spiritus cogitasse, atque ita secundi splendore procreati sunt. primi splendore administrari, siue spiritus intelligibiles, siue ignem, quasi immaterialium, & incorporeum siue aliam quandam naturam proximè ad eas, quas diximus, accedentem eos existimare oportet. Quibus primo loco suam sententiam de eorum natura posuit. Dum spiritus intelligibiles, id est intellectuales appellat. Secundo etiam loco siue ignem quasi immaterialium, & incorporeum: quasi enim illud ignem, non autem immaterialium, & incorporeum afficit, sed Psalmi verba similitudinarie solum intelligenda declarat: ut non ignis, siue ignea proprie ob Psalmi verba, natura Angelica intelligatur, ac subinde materialis, sed immaterialis potius, & incorporea, iuxta Damasceni subiiciendam, postea verborum Psalmi interpretationem: postrema vero verba, siue aliam quandam & nequam disunctionem sententis, quoad spiritualitatem

de natura Angelorum sunt, sed solum, quoad institutum propositum, ut in primo testimonio diximus, & carmine, in laud. Virginie, sub init. de Angelorum natura cecinit.

Leuius nil namque est mentibus illis, Pneumata sunt etenim, infra. Huius mens, & simplex natura, quibus Pneumata, mentes, & simplices mentes Angelos esse docet, & quibus nil, aliqua ex parte adhuc, corporeum, nec pure spiritum, significatum vnquam fuit. Imo dum simplicem mentem Angelum vocat, non solum compositionem ex spiritu, & corpore, seu materia, sed omnem aliam spirituales partibus compositionem ab eis reiecit.

4. Epiphani. Hæresi 26. apud Valentiam ubi proxime. Demon spiritus est incorporeus, & post med. Multa est stultitia eorum (gnosticonum) qui talia dicunt (Demones factum in vtro concipere) si enim Demon à corporibus assumit, ac concipit, non amplius est spiritus, sed corpus. Tametsi spiritus constaret, ut patet, dicitur: sicut nos, quia altera parte suscepta, nempe corpore, constamus, supponit autem, quod cert. vlt. videbimus: nempe corporeum semen emitti, nec recipi ad factum ab aliquo posse, quod saltem aliqua parte sui corporeum non sit. Nylsenus de vita Moysis ante med. verus sermo ad nos vlt. que descendit: Angelos, qui natura incorporei sunt, in administrum, cuique custodem constitutum fuisse, orat. 4. de oratione Dominica, omnis creatura rationalis partim, in incorpoream, partim in corpoream naturam diuisa est. Est autem Angelica quidem, incorporea; altera vero species, (corporea scilicet, rationalis natura) nos homines sumus. Atque illa quidem, incorporea, cum sit, sola mente comprehenditur, ut quæ nimium à grauante corpore remota, atque siuata sit. Non valet, postremis his verbis solum corpus grauius nostrum negare voluisse non autem, subtilius, ut aëreum. Vel leuius: cum præsertim moneat ibi se. De hoc dura venientis, ac proinde suo ad terram vergente corpore loquar, si enim sola mente comprehenditur, idem, quod continetur, valeat, huius solum meminit, quia rationale viuens corpore tali tantummodo constare posse, non autem alio aëreo, vel subtiliori organo carente, merito putauit: quo negato Angelis, omne illis corpus negauit, ut bene Bubalus citat. difficult. 1. §. 7. verba ista sunt, tametsi, non genuine, ad textum; in quo sola mente comprehenditur non significat continetur, sed perfecte à nobis cognoscitur: id, quod bene infert Nylsenus, ex eo, quod incorporeus Angelus absolute sit, ac subinde à graui nostro corpore (quo terrena tantum, & terrenorum cognitionem perfectam, & in se ipsis habere possumus) non solum re, sed cognitione seu iunctus remouetur sit: Addit autem se de hoc corpore, pondere suo ad terrenam, vergente loqui; ne à nobis, & si corporeis absolute gloriæ tamen dotibus, & prærogatiua cognoscendi independentem à sensibus, & phantasmatis corporeis cognosci in se perfecte, nec corporeorum ad instar, Angelos (quos spiritus putos, & prorsus incorporeos dixerat) negasse videretur. Theodoretus, Epitom. diuinor. deceptor. c. de Angelis init. Angelos autem, nec, ut Græcorum Poeta, & Philosophi in Deos referimus: nec in masculinum, & femininum sexum incorpoream naturam distinguimus. Cuius rationem subdit tubiniferus, quia immortalis natura, superflua est generis diuisione, & plura cert. vlt. recitanda, & lib. 3. de curat. græcanicar. affection. quot millia eorum spirituum ab initio esse sanxit, tot repente simul produxit & qui ut immortales propagatione non indigent, ita incorporei commixtionem non patiuntur?

5. Eusebius Cæsar. 4. demonstrat. Euang. c. 1. cum Deus vellet diuitiarum suarum thesauros plurius impartiri, essetque iam iam omnem rationalem creaturam in lucem producturus incorporeas videlicet, atque intellectuales diuinas potestates, Angelos, Archangelos materia expertes, & ex omni parte puros spiritus produxit. Ex quibus, adeo apertis, constat Eusebium aliter non ex sua sententia, sed Plutarcho alibi locutum, ut dixi, cert. 2. n. 2. consonant vero

recitata his, quæ dixerat, lib. 3. c. 5. *ex decretis illius saluatoris accepimus esse quasdam post supremum Deum potestates naturæ incorporeas intelligentes rationales;* & Cyril. Alex. 4 in Ioan. c. 10. *furoris penitus plenum est Angelos, qui naturæ incorporei sunt, rudiori vii alimento putare. Patet, quia spiritus sunt, naturæque intellectus.* Chrylost. homil. 22. in Genes. inferius, contra primæ classis aduersarios recitandus, crassa & nostra corpora Angelis abesse probat, quia, vniuersim incorporei sunt; & in caput 6. Iesai. Seraphini dicuntur virtutes incorporeæ superæ illius, ac numerosissimæ multitudinis, & tom. 5. homil. 2. de incomprehensib. Dei naturæ post med. *Adde sedes, Dominationes, Potestates, Principatus, cæsus incorporeos virtutum;* & Magn. Gregor. 4. Dialogor. c. 29. vbi Petro Diacono dubitanti nimium de illius sententia, quod incorporeus noster animus teneri possit, igne corporeo, vi, eo crucietur, sicut tenetur corpore, vt illud viuificet, ita eam probat, *dic quæso te apostatas; spiritus celestis gloria delectus esse corporeos, an incorporeos suspicaris?* cui ex se quidem, et in Petri persona respondet. *Quis sanum sapiens esse spiritus corporeos dixerit?* Ac inde concludit, *si igitur Diabolus, eiusque Angelus, cum sint incorporei, corporeo igne cruciandi erant.* & 4. moral. in Iob. c. 9. *vbi duas ad intelligendum se creaturas fecerat (Deus) Angelicam videlicet, & humanam, sed una tegmen carnis habuit, alia vero nihil infirmum de corpore gestauit. Angelus namque solummodo spiritus, homo vero, & spiritus est, & caro.* Multus in eam sententiam cæterisque Patribus amplior, & minutior fuit. Damascen. 2. de fide, c. 3. *Ipsæ Angelorum opifex, & procreator, vt qui eos, ex nihilo in ortum produxerit (ecce materiæ omnibus, ex qua, producantur, & consent, exclusionem, quam apertius continuo tradit) atque ad suam imaginem effecerit naturam corporis expertem, velut spiritum quandam, aut ignem materiæ vacantem: quem admodum ait David, qui facit Angelos suos spiritus.* Quibus Nanzianzen temperamentum, ad verba hæc Psalmi adiunxit, & cum eodem subiungit statim ignem dici. *Ob leuitatem, ardorem, feruorem, maximam penetrabilitatem, & acrimoniam: illudque indicans, eos ad supra ferri, atque ab omni rerum, cum materiæ coniunctarum, cogitatione puros, ac secretos esse: infra, iam vero, cum mentes sint, in eiusmodi quoque locis sunt; quæ mente, ac ratione intelliguntur, non quod corporeo modo circumscribantur. Neque enim quantum ad naturam attinet figurantur, nec tribus dimensio tribus constant, inferius. Quamquam autem illi, vt corporis expertes, atque à boni corporeæ perpeffione liberi, nobis superiores sunt, non tamen, vt nulla in eis perpeffio: id enim soli Deo peculiare est.*

5. Hilar. 8. de Trinit. vers. fin. ex eo quod verbum imago Dei inuisibilis sit, probat incorpoream imaginem Dei esse, quia inuisibilis est si circumscribunt, inquit, hunc spiritum (Christum, seu Christum, quia spiritus est) formali & corporali modo, non erit inuisibilis Dei imago corporea. Id est, quæ eo modo corporea sanè erit, inibi autem in inuisibilibus Angelos recenset dicens, ex Apostolo. *In ipso constituta sunt omnia in cælis, & in terra visibilia, & inuisibilia, siue Throni, siue Principatus, siue Potestates, siue Dominationes.* Ergo & eos incorporeos, ac modo corporeo incircumscribibilis censet. Hieron. ep. 39. ad Auitum multipliciter errorem Origenis, de transmigratione Pythagorica animarum in corpora, & Angelorum malorum alia, quam docuit, simili, confutans, Angelos puros spiritus, & incorporeos constanter, sæpe, & semper affirmat. Hæc referre sit factis. Si quis autem potuerit ostendere incorpoream, rationabilemque naturam (Angelicam) cum expoliauerit se corpore, vivere per semetipsam &c. & post epistol. medium, queritur virum, & tunc futura sint corpora, (redactio iuxta Origen. in nihilum corpore omni.) An sine corporeus aliquando viuendum sit, cum redacta, in nihilum fuerint, & incorporeum, vita incorporealis esse credenda sit? & pluries ibidem spiritus incorporeales esse supponit. Anastasius Sy-

naïta, tamen temere, & contra Patrum reliquorum sententiam lib. quæstionum in scripturam titulo, ex Theodoro de dubiis scriptura apud tom. 1. Biblioth. veterum Patrum animam nostram in eo, quod videlicet non est, Dei imaginem esse negat, probat autem, quia aliàs Dei imagines magis vocarentur Angeli, & omnis natura incorporea, quæ sint omnis libera à corpore, & mixtum: non habeam, quod est spectabile. Sophronius Hierosolym. Præful. t. 2. Biblioth. initio eorum Archangelorum. O diuini, materiæ quæ exparet Dei exercitus? O mentes, rationeque prædita intelligentia: & inferiusculæ. Vos estis, qui propter incensam stabilitatem, corporeque concretione vacillatam, & Ambrosius commentario (si eius sit) in epistol. Pauli non semel idem docet. Ad id Hebræor. 1. & ad Angelos quidem dicit, ad omnes caelestes virtutes, & ministros dici ait, quia Angeli nomen officij, & ministerij est, non naturæ. *Qui enim semper sunt spiritus, sed non semper Angeli vocari possunt.* Et ad id. ad Ephes. Secundum Principem potestatem aëris huius ait: *vt ostendat, quia hanc partem sibi vjant, ad exercendam dominationem, alius enim aër, alius Princeps: sed quia in mundo, vel in aëre dominatur, spiritus aëris appellatur.* Rem tamen spiritus, qui aër est, non sit, sed aëre etiam corpore, spiritus cætes, & prorsus incorporeus, & 7. in Luc. flores plorationis, quam Salomon, in gloria sua vestitus, Angelos intelligit: quia hic infirmitatem corpora naturæ veluti virtute, quadam mentis adoperam, operam gloria vestiebat, Angeli vero, quorum natura diuina, experte manet iniuria corporalis, recte licet maximo vore, consideratione tamen nostra iniuria profectum. Augustinus tamen alicubi de Angelorum ex anima, & corpore subtili compositione dubitasse videtur, vel potius quæstionis decisionem tunc omiserit, tamquam 1. retract. c. 1. ait, *Angelorum sanctitatem nuncius omnem sanctam creaturam spirituales, in Dei seruitute, atque occulto ministerio institutam nunc appellamus, sed spiritus Angelicos, sancta scriptura, nunc animarum, significare non solet, c. 16. in scriptura factus animas dictas esse Angelorum, aut non omnia, aut non posse facile reperiri. Quare esse Angelos spiritus naturæ sua partiales, seu partes corporibus, tanquam comparibus Angelos, sicut nos, anima nostra, spirituales constituentes, Augustinus reiectat: vocemque posse absolute illos spiritus, & spirituales absolute, creaturas negat, si in illar nostræ anima (spirituali) & corpore constarent; etiam spirituales, & spiritus relativi, seu comparatione ad pure corpora discreterent; alioqui, etiam modo animam nostram spiritum ad Augustino, dici tamen corporis aliquid continere, abominabilissimo esset admittendum, & c. 26. retractat quod dixerat, q. 47. ex libro octoginta tritum quæstionum: nempe lucidissima, & ætherea corpora, relictum hominum corporibus similia Angelos habere, & 15. de ciuit. c. 23. init. quæstionem proponens. Virum possint Angeli, cum spiritus sint, corporaliter esse cum feminis? Angelos spiritus simpliciter, & absolute naturæ sua esse supponit, & probat illud ex Plat. 107. qui facit Angelos suos spiritus. Sicut citato loco in epist. ad Hebræ. Hilarius Didymus Cyrill. Hierosol. & Patres alij, & Psalmi verba interpretantur recitanti cet. sequente, quorum proinde verba, nunc omitto.*

CERTAMEN V.

Absolute spiritualitatis & incorporeitatis omnino Angelorum probationes anteriores, vbi de eius certitudine.

Adem veritas ulterius probatur ex scriptura, & Patribus, à quibus spiritualis, & spiritus absolute, & simpliciter, natura Angelica asseritur; cum tamen homo, etiam spirituali animo constet, quia tamen, altera parte materiali, & corporea eius natura

constatur, non quidem absolute, & simpliciter spiritus, aut spiritualis, sed potius, & detentore sui parte, corpus, & corporeus, caro, terreus, ac terra; & pulvis absolute ab scriptura, & patribus dicitur, probatur ex Psalmo 103. qui facit Angelos suos spiritus, ad quæ Ambrosius in id, ad Hebr. 1. & ad Angelos quidem dicit, ait. Sciendum est enim, quod Angelus est nomen officij, non naturæ: quia etiam semper sunt spiritus. & non semper Angeli vocari possunt: quævis huius naturæ nomen? spiritus est. Quævis officij? Angelus, ac fere ita, sic erit homo nomen naturæ, miles officij: sic, qui erant iam spiritus conditi à creatore Deo, facit eos Angelos mittendo eos, nunciare, quod iusserit. Augustinus in eum Plalmum, & verba. Angeli sunt & cum spiritus sunt, non sunt Angeli: cum vero mittuntur sunt Angeli. Angelus nomen officij est non naturæ, quævis nomen naturæ? spiritus est, quævis officij? Angelus est. Ex eo, quod est, spiritus est; ex eo, quod agit, Angelus est. Repetitur fere §. de Genesi ad litter. c. 19. & 15. de ciuit. c. 23. init. spiritus simpliciter, & absolute esse Angelos eisdem Plalmi verbis confirmat Hilarius, de Trinit. col. 4. in Angelo officij potius, quam naturæ intelligentia est: & Plalmista mihi testis est: qui facit Angelos suos spiritus. Ildorus, Angelorum nomen officij est, non naturæ: nam secundum naturam spiritus nuncupantur: quando enim de calis ad annuntiandum hominibus mittuntur ex ipsa annuntiatione Angeli nuncupantur, natura enim spiritus sunt &c. Prosper in eum Plalmum, & verba. Secundum litteram non dubitamus esse spiritus, nobis inuisibiles, ministros Dei, qui ab officio, quod agunt Angeli nuncupantur: spiritus enim nomen naturæ est. Cassiodorus in eundem. Spiritus generale nomen est incorporeale, potensque substantia, visibiliter operans, quod et diuinitus inspirat: Angelorum enim nomen, non significat naturam, sed obedientiam, & pene continuo. Nam quando mittuntur Angeli sunt, cum tamen natura spiritus esse noscantur. Magus, Gregorius, homil. 34. in Euangel. sancti illi celestis Patria spiritus, semper quidem sunt spiritus, sed semper vocari Angeli nequaquam possunt: quia, tunc solum sunt Angeli, cum per eos aliqua nunciatur. Vnde & in Psalmo dicitur, qui facit Angelos suos spiritus.

2. Porro ex scriptura alia innumera extant loca, quibus Angeli simpliciter, & absolute, ac subinde nulla sui parte corporea constantes, sed omnino, & adæquate, incorporei, prædicantur, vt 1. Reg. 16. de Dæmone, à quo Saul exagrabatur, spiritum esse dicitur, & alibi in veteri testamento, tam boni, quam mali Angeli spiritus esse sexcentis dicuntur. Nec infrequentius in nouo. Math. 8. n. 10. & c. 10. n. 1. & 43. Marci 1. 23. 26. 27. c. 3. n. 11. 30. c. 5. n. 6. 11. & 35. c. 6. n. 27. c. 7. n. 25. c. 9. n. 17. 20. 25. Lucæ 4. n. 36. c. 6. n. 18. c. 7. n. 11. c. 8. n. 1. & 29. c. 9. n. 39. & 42. Ioan. c. 1. n. 20. c. 11. n. 24. & 26. c. 13. n. 11. Actor. 5. n. 16. c. 8. n. 7. & 39. c. 16. n. 16. c. 19. n. 12. 13. 15. Ad Hebræos 1. n. 7. & 14. Apocal. 1. n. 4. c. 3. n. 1. c. 4. n. 5. c. 5. n. 6. c. 16. n. 17. c. 18. n. 2. Ea loca paginæ sacre vtriusque & Patrum ad illa, atque interpretum Catholicorum pro absoluta naturæ Angelicæ, spiritualitate, & omnimoda incorporeitate sententiam concordem recitare immensum esset, atque superfluum prolixum, & otiosum: cum præsertim textus ipsi à Deo expressi sint, atque eorum, quoduis tantum aliorum multitudine mutuo in eam sententiam confirmetur. Si enim, vel vna scripturæ sacre locutio proprietate sermonis, & significationis rigore accipienda, credendaque à nobis est, vbi nec alio scripturæ loco, absurdoque Theologico contra dogma aliquod fidei inde euidenter, atque irrefragabiliter deducto locutio minus propria nec ita rigida significatio inibi fuisse conuincitur, iuxta laudatam sæpe ab Augustino vetustissimi Ticonij recte interpretandi scripturæ regulam: vnde nam proprietates sermonis, & locutiones eius scripturæ absolutam spiritualitatem omnimodamque, & adæquatam naturæ Angelicæ incorporeitatem commendantis, nusquam textu alio scripturæ aduerso correctæ, ac temperatæ, sed tot fere innumeris, eius testimonij confirmata, nul-

lique fidei nostre dogmati, (ne remotissime quidem) aduersa, minus propria, & rigida spiritus absolute & simpliciter dicti, seu omnino, & adæquate incorporeæ substantiæ, acceptione, & significatione spiritum simpliciter, & absolute talem de Angelis ab scriptura prædicari asseri à sano Theologo potest? Atque hæc sane ratio tantam vim habet, quantam à numero 3. ostendimus.

3. Probatur secundo ex Concilio Lateranensi sub Innocentio III. vt refertur c. firmiter de summa Trinit. & fide Catholica: vbi firmiter, id est, indubitata fide, credenda fidelibus proponuntur, in quibus hæc de Deo: omnipotens sua virtute simul ab initio temporis, vramque de nihilo condidit creaturam, spirituales, & corporales (Angelicam videlicet, & mundanam) ac deinde humanam, quasi communem ex spiritu, & corpore constitutam. Diabolus enim, & Dæmones alij à Deo creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali. Cum autem Canon, & definitio Concilij sit, videtur conclusio ad fidei Catholicæ dogma pertinere, atque veritas ab Ecclesia definita esse spiritualis, pure, atque omni ex parte incorporeæ creaturas, quas Angelos esse, Canon ipse declarat, atque ab humana creatura, siue homine spiritu, & corpore, vt sui partibus, constante, ideo separat, ac distinguit, quod Angelica, ne partialiter quidem corpore consistat. Idcirco S. Thom. q. 6. de potentia, a. 6. conclusionem nostram, fidei veritatem appellat: quod ipsum est esse de fide, eique contradicentem hæresim esse. Id, quod videtur Vázquez c. 3. init. fere sentire, dum ait: videri ab Ecclesia definitam. Tamerli Bubalus §. 10. versu sed hic quæri potest. Sixto Senensi consensisse illum tandem putet, in eo, quod definitam non esse censet. Sed plane deceptus Bubalus est. Cum Vázquez hæc solum sine capitis addat, ceteram, vt hæc (quod ex Sixto Senensi retulerat) verum sit, nullus, sine temeritatis nota, iam posset oppositam sententiam defendere. Quibus ex hypothesi solum sententiæ Sixti Senensis, non autem ex approbatione sua, temeritatem iam vitari non posse ait. Bubalus ibidem versu quamobrem, censuræ erroris præfate subscribit. Valentia vbi proxime §. si quis autem, & Martin. Delrius 4. Disquisit. magicar. c. 4. q. 5. sect. 5. sub fin. errorem in fide, vt temerarium oppositum censet: & primæ parti censuræ suæ dissonantiæ assentitur. Quod iudicium etiam est Sorij c. 6. citato n. 9. quamuis n. 10. sub fin. temerariam expresse doceat, ac moneat nolle se adeo rigidam erroris censuram, contra oppositam sententiam dicere: quod non est idem, ac nolle sentire: vt sentire se satis ex præmissis confutationibus euasione ab iis, qui erroris in fide notam ab ea sententiâ auertere contendunt, excogitatum prodit. Attingat etiam vbi proxime, eidem censuræ assentitur sect. 2. init. dicens: ita conclusionem certam esse, vt dubium de ea Catholicis non liceat, ac statim euasiones ita refellit, ex Concilij contextu verborum, vt solutionum silentio, eas desperet. Molina noster proxime §. Hic non obstantibus, errorem in fide esse negat: aut esse temerariam fatetur. Ioann. Præpositus Molinæ iudicio accessit, vbi proxime n. 6. §. Nihilominus & §. Aduerte, & Quiros etiam citata sect. 1. n. 3. Porro Bartholom. Cartana in sum. Concilior. & annotat. ad 7. Synodum act. 5. ac Sixtus Senensis §. Biblioth. suæ annotat. 8. non solum definitam eo loci conclusionem non fuisse aiunt, verum dubiam, ad huc post recitata Concilij verba, & Patrum, ea de re sententiam esse: vnde facile temeritatis nota ab opposita sententiâ declinabitur, sed tamen de eo merito à Theologis reliquis reprehenduntur.

6. Censet ergo conclusionem nostram de absolute, & simpliciter dicta substantiæ Angelicæ, spiritualitate, atque omnimoda incorporeitate esse de fide, atque ei aduersam, non solum temerariam, sed errorem in fide atque hæresim esse, ita enim excepto Molina, qui tamen §. 10. Verius, & Miranda media temeritatis ingentis nota repetita, non quiescit, sed adiecto, ne dicam amplius errorem illam in fide esse, satis indicat sentire. Præposito, & Quiros reliqui, quoad

quoad censuram de fide, & notam erroris, seu hærēsis (de nota enim temeritatis contra Sixtum, & Carancam, omnis fuit, & posterioris ætatis Doctores meritisimè conueniunt, vel expresse docent, vel sentire se satis ostendunt, & expresse. S. Thom. citatus docuit, nec sententiam deposuit, q. 16. de malo a. 1. et si aduersam opinionem temerariam dicat, ea censura non quiescit, sed addit, dici etiam erroneam posse, ut eo loco Valentia citatus etiam asseruit. Probat facile, quia *firmiter* id est ex fide Catholica, tenenda, ea, quæ citato loco, & capite Lateranense. statuit, proponuntur: in quibus reliqua, cum antecedentia, tum testimonio citato contenta, tum etiam subsequētia, vi eius definitionis, definita, ut fidei dogmata, à Catholica Ecclesia habita, & recepta sunt: ut patet, ex misterio Trinitatis ibi antèrius proposito, & ex malitia Dæmonum, non ex ipsa natura, & creatione, à Deo, sed voluntatis eorum vitio solummodo orta, & aliis sequentibus, eo quod ea Lateranensis determinatione, eoque, capite continentur, ergo, & genus naturæ Angelicæ, quod pure spirituale, & omnino incorporeum, atque à pure corporeo, & mixto, ex corporeo, & spirituale diuersum, & diuisum proponitur ibidem, & asseritur, ut fidei dogma, sicut reliqua, asseritur, etiam, & proponitur. Vnde euasiones huiusmodi censuræ: quod scilicet intentum concilii ibi solum fuerit definiri omnium creaturarum productionem à Deo, reliqua vero, (ut pura spiritualitas Angelorum & trimembris, generis creaturarum diuisio) ex communiore Doctorum sententia proponi ibi, ut probabiliora solum, facile præcluduntur, ex aduersario *firmiter*, quod omnibus ibi proponendis æque, & indiscriminatim, præmittitur: cum autem non sola creatorum omnium à Deo productio, sed pleraque alia ad res alias spectantia proponuntur, ut vidimus, nec illud *firmiter*, supra omnium productionem à Deo, solummodo cadat, & sint cetera præter genus tertium omnino spirituales, & incorporeæ naturæ Angelicæ, sub *firmiter*, illo contenta, ac subinde de fide, & definita: illud genus à definitione ibi contenta, & intentione definiendi, excludere non solum pure gratuitum, sed irrationale est; imo falsum aperte, & textui contradicens. Confirmatur: quia ei solum præterito ab aduersariis Concilii intento, melius satis feret, si vniuersum creatorum, vel visibilibus, & invisibilibus, siue spiritualibus, & corporalibus omnium: Deus asseretur conditor, & productus, quam tertium illud genus creaturæ pure spiritualis (cuius defectum probabilis, quantumvis opinio non excluderet: & cuius proinde à Deo productio creata absolute non fuisset) diuidendo, & designando, ut omnium creatorum certam adhuc productionem definiret. Denique: cum tertium hoc genus Angelicæ naturæ pure spiritualis, & incorporeæ iuxta rectam, & Catholicam intelligentiam, & interpretationem scripturarum, toties in utroque testamento fuerit, ut vidimus, expressum, & à Patribus asseritum, citius illud, eo loci, ut inde certum definitum à concilio, quam ex probabilis solum opinionem possumus æstimare debemus.

§. Sed dices cum Sixto Senensē relato n. 3. sine dubio super Angelorum omnimoda incorporeitate, atque in utramque partem æquilibrem sententiam, & auctoritatem Patrum esse. Respondetur negando assumptum: quod nullatenus, post Lateranensem, quam vidimus, definitionem probari potest; et si demus aduersæ, non æquam solum, sed maiorem ex Patribus auctoritatem ante illud concilium fuisse. Siquidem Patrum, quantumvis plurium auctoritas, definitione oppositæ sententiæ subsequēta, omnino eleuatur, atque euascent: quippe omnes quantumvis multos, & doctos, ut homines, erroribus opinando obnoxios deceptos fuisse, sequens definitio aduersæ sententiæ demonstrat. De licito, quandoque, & ex virtute etiam, & honesto fine mendacio multo plurium, doctissimorum etiam Patrum, quam de opposito sententia fuit (quorum catalogum utrumque texere, & supputare huius loci non est) antequam, nusquam, nullibique circumstantiarum licere men-

dacium definitum fuisset; postea vero iam tot, tantorumque Patrum ita auctoritas illius sententiæ præfata definitione oppositæ euascent, & nulla deinceps auctoritas eorum sit, ac fuerit, & si maxima prius fuisset. Secundo, nego ante recitatam Lateranensem definitionem, de omnimoda Angelorum spiritualitate æquam, nedum maius à Patrum auctoritate, potius pro opposita sententia, sed certe longe minus, vix forte vllum: ut enim vidimus cert. 3. vbi à n. 4. ad 8. cum Origene, Ioannes Thessalonicensis, Cassianus; Cassianus sententiæ Platoniorum, de æthereo, vel æthereo, ac terrestribus subtiliori Angelorum corpore, explorato accesserunt: & probabile est etiam Basilium accessisse. Augustinus vero, & Bernardus, nullatenus, ut certam. 4. inclusus ostendimus, quia, ut summum, dubitantes de alterutra parte constitutionem definire aliquibus, in locis, in quibus istius præcipue non intererat, vbi autem rem Angelus ex propria sententia definire voluit pro omnimoda Angeli spiritualitate stetit, ut vides hos cert. n. 1. Reliquas vero Patrum locutiones, quod creata omnia, etiam Angeli, comparata cum Deo corporea sunt, & Platonium videtur, & cum Angelum animal rationale esse quandoque dixerit exploramus, eo cert. 4. quantumvis ergo quatuor numerum Patrum, nec primorum sui sæculi est (si exaliam probabilius Basilium excipias) in quo, sine exalto examine, sententiæ Platonis, plurimum credendum, ut reliquorum Patrum auctoritati, lætetur adhuc præponderet. Adijungit tamen aliquis aliorum Patrum non exiguum numerum, qui ex illo Genesē memorato, *videntes filii Dei filios hominum*, corpoream Angelorum cum mulieribus coniunctionem, atque ex ea susceptam gigantum hominum prolem docuerunt, sed eorum etiam numerum non exiguum, & si foret, etiam ampliorem nullius ponderis esse, qui aperte fabulosa historia Postarum, Philosophorum, aliorum. Ethnicorum de pro creatione, & bello gigantum contra Deum (cui locus ille pererat, vicinæque adsonare) præoccupati à veritate Catholica, & ratione, reuera defecerunt, ut iam ostendo.

6. A ratione conclusionis nostræ, probatio, quæ evidens, multifariam ab eius Patronis tenet in quibus S. Thomæ rationes à nonnullis præteritis accipiemus recententur, qui solum supposita, ex hæ Angelorum omnimoda incorporeitate, & absolute spiritualitate congruentias bonas, & appollas veritatis eius Catholicæ, & ratione fundamenta, ex prædictis Theologi munere proprio, asserere cœsum, ut eam nos, & fidei nostræ veritates ceteras, non solum naturalis rationi non dissonare, sed maxime etiam consonare ostenderet. Prima ratio eius fuit, i. p. q. a. n. & q. vn. de spiritualibus. creatur. a. q. ex perfectione vniuersi à Deo in eius productione intenti. Ad eam quippe, spectat, ut omne genus entis possibilis in illo adit: est autem genus entis possibilis substantia spiritualis adæquate talis, nec corpore, ut sui parte, constans, quam Angelum dicimus; ergo ea substantia, seu Angelus omnino spiritualis, & incorporeus est in vniuerso. Sed hoc rationabiliter poni posse (ac positum in vniuerso Angelum omnino incorporeum à Deo fuisse, ex suppositione, quod possit fieri solummodo probat, ut patet; non autem necessario ponendumque mundum, quem condidit, summa perfectione præter Deum voluisse, certum à ratione non est: imo vero plura vniuersa perfectiora & infinitum perfectiora (syntegorematice, eo, quod de facto condere efficaciter voluit, & produxit, posse velle, & facere Deum certo ostendimus controu. de volunt. Deinde secundum substantiam pure incorpoream, atque omni parte sui spiritalem, non repugnare, sed esse possibilem, ut oportet ad hoc (ut ad vniuersi perfectionem summam etiam à Deo intentam spectet) unde eo discursu monstratur: certe aliunde demonstrandum erit. Secundo S. Thom. ratio ex rerum ordine ita institueretur: quia ab extremo, ad extremum, in rebus, nisi per medium, non transitur: ut patet in locali dispositione corporum elementarium, in quibus loco superiori ignis nobilior reliquis (tamen exlo nobilissimo inferior) atque

atque immediate subiecto loco, æt igni nobilitate, proximior inferiori vero loco, ut nobilitate, aqua, & postremo, ut nobilitate ex elementis infima, terra collocata est, unde infert. S. Thom. *Non est possibile, quod sub Deo immediate collocetur corporalis substantia, quæ est omnino composita, & diuisibilis, sed oportet ponere multa media, per quæ deueniatur à summa simplicitate diuina, ad corpoream multiplicitatem*, ac proinde substantia omnino incorporea, & spiritalis, ex creatis nobilissima (Angelus nempe) Deique simplicitati proxima immediate sub eo collocanda erit: deinde conitans ex corpore, & spiritu, scilicet homo, ut continuis gradibus connaturalis, ac non, quasi per saltum, neglectoque ordine rerum, ad pure corporeas substantias, in vniuerso collocandas deueniatur. Sed in primis cum inter pure corporea animalia sint, ut ratio localis ordinis corporum, ex qua trahitur argumentum teneret, oporteret animalia supra cælum esse locata, cuius oppositum euident est, & tamen perfectus corporum ordo in vniuersi collocatione est seruatus. Secundo, cum extrema sint Deus omnimode simplex, & corpus maxime compositum, non autem Deus summe spiritalis & ens omnino corporeum: non euincit dandum esse medium pure spirituale, sed medium solum inter omnimode simplex, & omnino compositum, quod in substantia pure corporea assignare Philosophi possent, & possibile, etiam nunc Recentiores plures probabiliter defendunt: talisque esse cælus, qui nihil ab elementalibus, qualitibus, & corruptibilibus agentibus patitur, quin euidenter redarguerentur, asserere.

7. Eo vero prætermisso, contigioribus gradibus à supremo, ad infimum creatorum genus descendetur, si aliqua creatura intelligentes incorruptibiles, prorsus incorporeæ. Aliæ vero corpori etiam incorruptibiles, intercederent per quæ ad intelligentes corporeas etiam corruptibiles (vbi nos sumus) rerum vniuersi productio, & constitutio perueniret: quare ratio de omnibus Angelis, vniuersum, non probaret. Demum discursus, etiam, hic non repugnantiam, & possibilitatem, eiusmodi substantiarum pure spiritualium, & omnino incompositarum, aliunde probandam supponit, si pure naturali rationi stemus. Probat tertio Raymundus Sabundius, Natural Theolog. c. 18. de Angelis, quia, cum natura corporea dupliciter respecta creaturæ spiritualis existat, & diuisum ab ea, ut in elementis, & mixtis pure corporeis, & coniunctum, cum illa, ut in homine creaturæ spirituali, nobilioris generis iniuria fieret, ni totidem, ut minimum, modos existendi haberet, & coniunctum, cum corpore in homine, & seiunctum à corpore, in Angelo imo, & vniuerso fieret iniuria, quod, cum pure corporea substantia consistet perfectior plane erit, si pure spiritali substantia etiam consistit, quam, si nobilioris eius generis perfectissima specie caruerit. Verum, & hæc ratio eius substantiæ omnino spiritalis possibilitatem aliunde ratione probandam supponit. Secundo. Neque admilla, vniuersum, de omnibus Angelis probat, cum satis sit aliquas substantias dari omnino spirituales, ut argumento satisfiat. Tertio. Ne id adhuc probatur: cum vniuersum perfectionibus omnibus entium possibilitum constatum producere Deus nullo, siue rerum aliarum, quæ in vniuerso sunt siue vniuersi totius iure stricto teneatur, ut secus faciens, vel rebus, vel vniuerso irroget iniuriam, ut ex supremo Dei in creatura dominio, & absolutissima arbitri diuini in decretis suis concipiendis, & producendis creaturis omnibus, & singulis libertate liquido apparet. Probat quarto, Iodocus, Loricus in nouo thesauro vniuersæ Theologiæ verbo, Angelus num. 3. quia natura Angelica suprema ex creatis est, omniumque proinde Deo quam simillima: ergo omnino à corpora seiuncta; sed hæc etiam ratio possibilitatem, eiusmodi substantiæ omnino à corpore seiunctæ supponit: nisi enim possibilis sit, suprema ex creatis esse non poterit. Secundo. Supponit etiam iam esse productam: quod Deo mere arbitratum, cum sit, nulla pure

Christoph. de Ortega, de Leo Pno. Tomus II.

naturali ratione potest cum fundamento, probabiliter adhuc, (ne dum efficaci aut euidenti) suaderi. Tertio. Suprema nobilitas substantiæ Angelicæ respectu hominum, (si reuelata à Deo abellent) è pura ratione naturali non ita efficaciter Philosopho Ethnico probaretur, ut vero simili effugio locus non esset, ut q. 4. videbimus. Quarto demum. Cum substantiarum spiritualium partialium natura sua species, & genera etiam perfectiora, & imperfectiora repugnare ex ratione pure naturali demonstrari nequeat: atque, si animæ spirituales, Angelicæ, quibus, & corporibus Angeli consent, humanis animis, è genere, vel specie sua, nobiliores asserantur, haud dubio, Angelos hominibus perfectiores, & nobiliores, omniumque creaturarum substantiarum nobilissimas, ac Deo quam simillimas esse probaretur, nihilque efficaciter præfata Iodoci ratio concluderet.

CERTAMEN VI.

Veritas eadem à ratione demonstrata: vbi, & obiectiones à ratione præ sui leuitate euanescent.

Efficacius probatur, à S. Thoma citata q. 50. a. 1. Eratone, quam Iodocus Loricus, & alij communiter reputant solidiorem, atque euidentem censet Bubalus diff. 2. §. 4. ex prædicato intellectui, quod Angelicæ substantiæ essentialiter competere certum, atque euident est. Verum ex prædicato intellectui præcise, nunquam solide i tentum probabitur, nisi addatur nullam aliam vitalem operationem naturæ Angelicæ competere, præter intellectionem. Etenim, etsi demonstratum sit, cert. 1. Angelum adæquate corporeum non esse, atque adeo spiritali animo, seu forma intellectiua, ut minimum, constare debere, cuius vi, & facultate intelligat, si tamen vitales alias operationes dependenter à corpore, siue corporeas exerceret, quarum spiritalis eius animus formale principium, vitalisve actiua facultas foret, nihil prolixius, ex prædicato intellectui animæ Angelicæ pro eius naturali in connexionem, & separationem à corpore, cum quo Angelum naturaliter componeret probaretur: ut constat, ex spiritali, & intellectiua subinde, hominis animo, qui, etsi intellectiua, atque intellectiua principium sit, quia tamen aliarum, etiam vitalium operationum corporearum, atque à corpore proprio, cuiusque organici dependentium principium est, corpus naturaliter petit, cum quo hominem, ut comparet naturaliter, constituat. Id quod, satis in huius argumenti efformatione à se animaduertum Bubalus ostendit, & si eius paragraphi titulo non satis explicuerit; cui proinde addere debuisset aliquid, quo clarius demonstratio curreter, nec instantiis, & solutionibus Recentiorum, posset obscurari: scilicet, naturæ intellectiue solum, nec alias vitaliter corporeæ operatiue corpus, ut comparet animi naturalem, & propriam atque eius naturæ partem constitutiua non esse tribuendum: quare, neque Angelo, qui natura intellectiua, nec alias vitaliter operatiua corporeæ est, corpus, ut naturalem, & propriam animæ comparet, naturæ illius constitutiua partem tribui posse. Hoc ego plene, planeque demonstrari naturali ratione non dubito, nec Bubali solum, sed S. Thom. etiam mentem esse ipsissimam: quamuis, quia, non adeo explicitis terminis, ratio à S. Thoma, summam agente, fuerit proposita pluribus doctis Recentioribus minus efficax visa fuerit, & variis hinc inde petitis instantiis, & argumentis fuerit, cui firmitas tentata nec totum eius robur à Bubalo nostro simul, & coniunctim propositum, & exertum, quauis sparsim, plerique soluedis aduersæ sententiæ, quam suæ, & nostræ probandæ apta miscendo, minorique proinde impetu concursurum, totum fere fuerit attractum, ita vero demonstrationis huius vim totam edidit, & Substantiali principio vitali, cuius nulla vitalis operatio

ratio corporea, siue dependent à corpore, eiusque corporeis organis, vt instrumentis saltem, elicenda est corpus, ad illudque coniunctio connaturalis, siue natura suae iure debita, esse nullatenus potest: atqui substantiales vitalis principij substantia intellectuales Angelicae, nulla est operatio corporea, siue dependent à corpore, eiusque organis, adhuc, vt instrumentis, elicenda: ergo substantiali principio vitali naturae intellectuales Angelicae corpus, ad illudque coniunctio connaturalis, siue naturae suae iure debita esse non potest. Discursus euidenter concludit, si certa, atque euidentes sint praemissa. Ex eo vero aequa legitimitate, & euidentia inferitur substantiale principium intellectuale naturae Angelicae, (quod vt minimum spirituale, & prorsus incorporeum, secundum se debere Angelis concedi euicimus cert. 1.) non esse partem, quae cum corpore, tanquam comparte substantialem aliquam naturam, quare neque Angelicam, constituat. Si enim principium illud vitale intellectuale Angelicae naturae partialis, de se substantia, & pars essentialis, natura sua, ad totalem aliquam substantiam Angelicam (vt aduersarij volunt) constituendam cum parte alia, corpore scilicet, foret, natura sua corpus (compartment scilicet) exigeret, vt reliquis cuiusvis totius essentialibus partibus contingit, ostendimusque t. 1. nostrae Theologiae de Deo trino, & incarnato, d. proemialis, q. 2. cert. 5. à num. 3. iam praemissarum euidentiam ostendamus, ne iade discursus à demonstrationis rigore deficiat. Maior probatur. Principia omnia vitalia, quae in vniuerso toto extant, percurrendo: quorum nulli, quod operationis alicuius vitalis corporeae, atque corpore, eiusque organis dependentem exercenda principium non sit, corpus, atque cum ipso coniunctio connaturalis, ac naturae suae iure debita est: etiam principio vitali intellectuali. quod animus noster est: cui naturalis coniunctio cum nostro corpore, id est, quia sensatio, numerus, & aliorum operationum vitalium corporearum, ac dependentium à corpore, eiusque organis elicendum (puta sensatio nutritionis &c.) nec intellectus solum vitale principium est. Probatur secundo, ex animae corpori connaturaliter coniungenda vniuersum sumptae Aristotelica definitione, quae actus corporis physici, & organici potentia, vitam habentis definitur: id est corporis, quod actus, seu anima illius coniunctione vitam actualem, siue actualem vitae exercitium corporeum operationum (ad quas organis suis tanquam animae instrumentum cum ipsa conuenit) possit habere. Confirmatur, probaturque Tertio: quia nulla anima à corpore dependentia excogitari potest, vt in se sit, quia materialis sit ex genere suo, (quod intellectus, ac subinde spiritus, è genere suo animae, non competit) nisi ratione operationum vitalium, quare vitale principium anima, quae anima, est, ergo si nulla anima alicuius operatio, vitalis corporea, seu à corpore dependens, in sui elicientia sit, naturalis exigentia coniunctionis, cum corpore in ipsa esse nequit, vt contendimus.

2. Probatur quarto ex Aristotele 1. de Anima textu 13. ita ex praemissa maiore tanquam principio firmissimo, ac notissimo in Philosophia animorum aliquorum separabilitatem, & interparabilitatem aliorum, generali hac regula, statuent. Si igitur est aliqua anima operatio, aut passio propria, continget utique illam separari: si vero nulla est propria ipsius, non utique erit separabilis: quia, nimirum, haec operationum vitalium, solummodo corporearum, atque à corpore eiusque organis dependentium principium vitale foret, & à corpore seuncta omnino esset in natura otiosa: quem otiositatis statum, & cessationis ab omni operatione vitali ad quas exercendas essentia sua nata est, & inclinat naturae suae connaturalem habere non potest; sed potius statum coniunctionis cum corpore, sine quo exercere illas nequit. Sin autem aliqua sit, alicuius animae, operatio vitalis, ita propria, vt ex se, ac praedicatis, & natura sua à corpore, eiusque organis in sui eli-

cientia, non pendeat, imo vero eis impediatur, vt summe perfecta eliciatur ne facultatis vitalis, virtus ad eius operationes, & summam perfectionem producendam natura sua impediat adiutorem, eam quidem à corpore, & eiusque organis separabilem esse fateamur necesse est. Hinc Aristot. 1. de Anima ab initio ad textum 21. animam rationalem nostram à corpore separabilem, & independentem ab illo aeterno duraturum, atque eius auctoritatem, & ratione discipuli Peripatetici omnes probare conantur: quia in re, cum resurrectionis notitia statum eum corporibus ad debitam altorum in hac vita, corporum interuentum, mercedemque proportionatam recipiendam, non ita plane, vt non ita ex fide, cognouerint, praecipue vitali animi nostri operationi (intellectioni scilicet, & voluntatis nostrae, actibus, qui de se se independentes à corpore, ac eius organis sunt) attendentes animam nostram non separabilem solum natura sua à corpore, sed aeterno separandum male, & si ex certo principio, quod in nostra praemissa maiore continetur, intulerint, huius autem trium animae statum hoc connaturalem animo nostro sit ex dictis, d. proemialis citata q. 2. n. 4. & t. 2. Philosophiae contro. penult. d. 1. (propria scilicet eius questionis sede) monstrauimus. De caetero vero euidenter discunt Aristotel. animi nostri separabilitatem.

4. Minor praemissa demonstratur: quia in substantiali principio vitali spirituali intellectu naturae Angelicae nulla est operatio vitalis corporea, & dependent à corpore, eiusque organis exercenda, vt omnes eius operationes recognoscendo elabit. De intellectu patet, operationem vitalem esse independentem de se ab organis corporeis, ac subinde incorpoream, & spiritualement, vt recte notat Aristot. 2. de generatione c. 1. Quorum principiorum actio corporalis, haec siue corpore esse non potest, certum est, vt ambulare, sine pedibus &c. Rostari, vt sola mens extrinsecus accedat. Nihil enim cum eum actum communicat actio corporis. Quibus docet intellectum praecise, tantumque, extrinsecus solum corpori accedere, ratione operationis ipsi respondentis, quae de se corpus nequaquam exigit, vt exerceatur: ac subinde, nec posse illud ratione huius operationis corpus naturaliter, vt compertem requirere, sicut principium vitale progressum ad deambulationem, quae sine corpore, nequit exerceri. Probatur ulterius. Quia nulla operatio vitalis potest exigere natura sua, principium impediri perfectionis ipsi in suo genere, seu specie possibili: atqui si intellectus sola, & de se à corpore, eiusque corporeis organis natura sua penderet, exigeret natura sua principium impediri perfectionis ipsi in suo genere, seu specie possibili, ergo nullatenus intellectus sola, ac secundum se sumpta à corpore eiusque organis penderet. Minor probatur quia perceptio clara, & intuitiva obiectorum in se, siue per species proprias, est perfectio possibilis proculdubio ex genere, est perfectio possibilis intellectus: atque haec perfectio impediretur per dependentiam intellectus, in sui elicientia, à corpore, eiusque organis, ergo si intellectus sola, ac de se, & natura sua penderet, à corpore, eiusque organis, exigeret de se, & natura sua principium impediri perfectionis ipsi in genere, seu specie sua possibilis. Minor postrema probatur: quia dependentia intellectus, à corpore eiusque organis, in sui elicientia solummodo esse potest, vt ab his species sensatas prius, & abstractius obiectorum percipiat, ac subinde, non in se, ac vt in se sunt, intuitue, sed abstracte, atque alterius, nempe obiecti sensibilis, adintra obiecta percipiat, quod aperte perfectionem illam percipiendi obiecta, vt in se sunt, ac intuitue, non impedit verumque, sed ab intellectu propellit, vt in intellectu, quae, sed ab intellectu habemus claret. Hic autem bus, quas pro hoc statu habemus claret. Hic autem conjunctionis status animi nostri connaturalis est, qui ipsi, non solius intellectus, verum & aliorum operationum vitalium corporearum, vt diximus, principia, & facultates habent, vel sunt partem

rius, ut controu. de potentiis animæ monstrauimus.

5. Quod autem principium vitale intellectuum Angelicæ naturæ nullius alterius operationis vitalis præter intellectum sit, ac subinde nullius operationis corporeæ, seu à corpore, vel organis corporeis dependentis, (quod solum ad plenam, minoris discursus, quem persequimur ostensionem restat) probatur: etenim operationes materiales motionis corporum aliorum (puta celorum, vel similibus) operationes vitales substantiæ Angelicæ non sunt: cum non eidem motus principio, siue Angelo motus insidentes sint, atque ab spiritali pure substantiæ impulsus, à quibus aliorum corporum motus proxime proveniunt imprimi possint, ut in Deo patet. Secundo: quia tantus impulsus quantum necessarius est calorum, & aliorum corporum terrestrium, & immanium, motibus, quos experti homines sunt, quam citissimis, ab Angelis, ac Daemonibus fieri (ut referunt sacræ pagina, profane, & Ecclesiasticæ historia, atque ex eis notit Martinus del Rio, 2. Disquisit. Magicæ. q. 7. 8. & 9. & in Anaphoræ Monitione 1. inquit corporeorum organorum, tanquam instrumentorum adiumento, & signanter & monstrata, quævis membra corporea lacertos videlicet, musculos, & nervos (quibus vis tota impulsiva inest iuxta Arist. 5. de generat. c. 7.) Angelis assignas, & assignas, provenire. Tercio: cor, quod nervorum origo, & humorem mucoris similem albidum, glutinosum, quo nervi aleruntur esset Angelo tribuendum: si verà sunt, quæ Arist. docet, de hist. animal. c. 5. Nec dici potest, corpori Angelicæ naturæ, ad ea munia debita membra alterius rationis esse: id enim omnino fictitium, irrationale, ac mere arbitrium, Philosophoque indignum est; assignantur enim corpus, membraque ipsius, quæ ab ipsis etiam ita respondentibus, ignorantur, & quorum afferendum, ne vmbra quidem, nedum vestigium est. Deinde non erit corpus illud cæleste, cum enim hoc solida adeo substantiæ natura sua sit, quo pacto in rot membra, tam variarum figurarum dispositionumque, naturaliter flectetur? & quibus, omniatibus etiam, præter primas (quibus inalterabile cælum est) qualitatibus pergerit: sed neque erit corpus æthereum, ut plerique aduersarii volunt. Primo: quia Angelus ipso constans esset corruptibilis ratione partis corruptibilis, ætheris nempe, & defectibilis natura sua vnione, quæ constaret, contra demonstrandum q. 4. secuti, & ratione illius absolute corporei, uti nos, per aduersarios iunt. Nec satis est, alteram eorum partem spirituales, & incorruptibile esse, atque cum ab vno corpore sciunguntur, aliud assumere transmigrationis animorum nostrorum de corpore in corpus aliud, Pythagoricæ in morem. Id enim, neque Pythagoricis hominum mortalitate, & corruptibilitate negande satis vnquam fuit, ut ex ipsis patet. Secundo: somnium hoc Pythagorica transmigratione animorum in alia & alia corpora, deterius est, ac plane dementius iam ostendit: atque adeo Plato, qui in ea animorum transmigratione Pythagorizauit, animos transmigrantes assistentes solum corporibus, non autem ipsa informantes admittendos esse docebat.

6. Etenim, si Animus seu Angelus è corpore in corpus migrans forma, & actus, seu anima informans, & viuificans corpora illa sit, debet subiectum dispositum, & organatum, ad functiones vitales obeundas supponere, non autem ipsa forma illud disponere, ut illud actuet, & informet constat indefectibili experientia, non formatum substantialem, & educibilem ex eius subiectis corporeis, sed, & spirituale animorum nostrorum à corpore, ineducibilem, qui tamen ad informationem illius dispositum aliunde, & organatum corpus supponunt, ut expetitur, docentque cum Aristotele 2. de anima textu 24. Philosophi omnes: nec enim corpus suum forma aliqua, seu anima sibi disponit, & architectatur, quam incolat, & habitat: vel ergo varia corporea organa ab Angelico spiritu ætheris partem informantem, expectanda, præsupponendaque sunt in alia parte ætheris, ad quam prima corrupta migret, vel secus, & Christoph. de Ortega, de Deo vno, Tomus II.

fari est homogeneas omnes ætheris, in quem migret, partes esse si hoc postremum non illam solum ætheris partem, quam assignaueris naturaliter informabit, sed alias omnes ætheris totius partes non corruptas, cum æque omnes dispositas ad suam informationem supponat: vel nullam præ aliis ætheris partem informabit, cum in nulla præ aliis potior ratio sit, sed in omnibus eadem; id autem contra Thaletem, qui omnia Diis, seu Angelis informantibus plena esse docuerat, deduxit Aristoteles, ut plane absurdum 1. de Anima text. 8. & verbis hisce. *Necesse est ipsam animam, aut similitudinem præteritum (omnium scilicet) esse, aut non esse, in qualibet parte totius.* Si autem corporea organa diuersa prærequirit spiritus Angelicus in corpore, in quod informatiue migret, cum à corrupti informatione secedit (ut prærequirit diuersa adeo functiones medio corpore, cuiusque organis ab spiritu Angelico exercenda suadent) ea quidem organa diuersa, in corpore æthereo, materiaque, ad ætheris formam disposita esse non possunt ut patet: cum oporteat in solidioris corporis organa nervos, musculos & materiam disponi, quod dispositionibus ad corpus æthereum requisitis aduersatur, & multoties contradicit: cum ætheris dispositiones qualitates singulas intentiones determinat, & nihilominus maioris, vel minoris contineant, & tamen maiorem aliquatam, aliarum vero minorem intentionem, cuiusvis organi corporei dispositio, ac temperamentum requirit. Atque (ut hoc ceteris) sape non ita disposita organa in aliqua ætheris parte adrit, cum à corruptæ informatione Angelicus spiritus abscedit: quare neque ad alicuius alterius informationem (quæ naturaliter, nisi corporis dispositio esse nequit) transmigret; unde naturaliter absque omni informatione, & vnione ad corpus, sæpe, imo semper, spiritus Angelicus exiit: quod conceptui, & essentia partis essentialis, componentis, cum corpore substantiale totum repugnat, ut vidimus disputat, proemiali tomi controuersiarum de Trinit. & Incarnat. q. 2. c. 1. & n. 1. Ad hæc ætheria substantia est substantia natura sua completa, & totalis, quæ proinde essentialis pars ad totum aliud substantiale componendum nequit natura sua ordinari: quare nec quidquam aliud potest ordinari ad totam alterius substantiale cum ipso, ut comparte, componendum: sunt enim duo hæc essentialiter correlatiua. Hæc ratio quodcumque corpus ab aduersis Angelis pars, & cum spiritali intellectiva ipsius substantia, ut comparte essentialiter ipsum constituens somniat, manifeste impugnat; ni materiam corpoream nulla forma substantiale informatam, dispositam tamen organice fateantur, quam vel primo Angelicus spiritus informet, vel ad quam dispositionibus, & informatione prioris deficientis spiritus idem migret: contra quem modum proxime efformata omnia militant: ac insuper cum organata, ad vitale actiones diuersas esse debeat, ut spiritu Angelico viuenti informari queat, ac subinde de se indifferens ad formam recipiendam esse debeat, eiusdem prorsus rationis organatum corpus Angelicum nostrum erit: quare, & sensibile, ac visibile in se proprioque corpore, nec solum in alieno, contra experientiam erit.

7. His etiam probatur motum localem proprium Angelorum qui vitalis est, organis corporeis, fieri non posse: quare neque corpoream operationem spiritus Angelici esse, cum corpus organicum Angelicum, aut substantiam alterius esse non possit, sed materiam solum organatam, nostræque similis, quam tamen in Angelis dari connaturaliter ob discursus, proximos, & quia natura sua, visibiles, uti nos, essent, aperte repugnat. Secundo: quia eiusmodi corpus seu materia, ita organata imp. direte plane, potius, quam iuraret Angelici motus celeritatem, qua quoque uersum Angelos tam bonos, quam malos, & ad longissimas quasque distantes fere instantanee moueri ex sacra pagina, & historiis fide dignis, cum Ecclesiasticis, tum prophanis didicimus, & saepe, homines per ætates omnes experti sunt. Qualis ostensa est vocibus Apollonij Tyanæi. Magorum Principis Ephesi (ubi tunc aderat, eo fere instanti, quo Roma Domitianus

ab Stephano quodam occisus fuit) prolatis. *Euge Stephane percute tyrannum* ut refert Philostratus in vita Apollonii : similiaque plura aliorum, qui Daemonum nuntiorum opera, quam longissime facta, tunc, cum ibi fiebant, denuntiantium videri possunt apud Gellium, 15. noct. Atticar. cap. 18. Aimoin. 3. Annal. cap. 22. Nicolaum Emigium 3. Demonolatre. cap. 10. & quotidie sacris exorcismis adiunctos energumenum Daemonum, quid locis distantissimis agatur, tunc vere narrare expetitur. Ex quibus aliisque, quamplurimis constat Daemonem, ne decies milies citatissimo, & subtilissimo aëre ventove ocyorem ex adeo longinquis loci notitiam, tam breui, ac fere instantanee deferre eam denuntiantibus hominibus potuisse; nedum si corporibus organicis, grauibque subinde Daemonum ea deferentes nuntia constarent; idcirco sapienter, & acute Tertul. cap. 12. Apologeticis, num. 348. *Omnis (inquit) spiritus ales est Hoc Angelus & Daemon: igitur momentis, ubique sunt: totus orbis illis locus unus est, quid ubique geratur, tam facile sciunt, quam enuntiant: vel locis diuinitas creditur.* Et quamuis 2. contra Marcion. cap. 9. & cap. 11. num. 72. locisque aliis datis cert. 2. num. 2. Angelos carneo corpore constare, eoque congestos aliquos cum mulieribus docuerit, tamen recitat proxime loco & c. 6. de carne Christi num. 60. non solum carneum; sed, & aëreum; Angelis negauit scribens. *Constat Angelos carnem propriam non gestasse, ut puta natura substantia spiritualis, & si corporis alicuius, sui tamen generis, in carnem tamen humanam transfigurabilis, ad tempus, ut videri, & congrui cum hominibus possint, illud vero, & si corporis alicuius sui tamen generis, non assertiue, ut corpus aliud à carneo, nempe aëreum, vel atherium (quod nullibi Angelis attribuit) admittat, sed conditionate, siue ex hypothesi, quod aliquod eis corpus sit concedendum, asseruit: maxime cum ibi Agellem, & reliquos hereticorum confuteret, qui ex aëre, vel athero Angelorum corpore, Christi etiam corpus aëris, non verè carnis fuisse contendebant, cap. item 61. de resurrectione carnis corpus carneum Angelis negat. Quia (inquit,) & Angeli aliquando tanquam homines fuerunt, & pedes lauerunt porrigendo: humanam enim speciem induerant, salua intus substantia propria.* Ex quibus & c. 22. Apologeticis Angelo, ac Damoni spirituales vires attribuit. Ex quibus, aliisque locis Pamelius in Tertulliani paradox. 2. notat Tertullianum valde innegantem nostram conclusionem saepe inclinasse.

8. Quocirca Tertullianus & Patres alios recitatos cert. 2. n. 2. pro sententia corpus carneum ad congestum cum filiabus hominum Angelis, seu Daemonibus tribuentes vero similes de adscitis, quam naturalibus corporibus, explicabis. Tum, quia oppositum irrationale est, & subinde Patribus indignissimum. Primo: quia innumeri pene, & legiones totæ, ut ex Euangelio habemus in vno hominis corpuscule cum ipso, & inter se se penetrati (idque solo Dei permisso, non autem supernaturali miraculo) esse minime possent (imo nec si aëre tenuiore corpore constarent) nec possent non grauius, tardiusque ad motum energumeni corpus reddere; cuius oppositum expetitur. Genesim vero lucis ex lectione interpretum septuaginta, satis explicatus à nobis est cert. 2. n. 2. iuxta quam explicationem filij Dei vocabantur, qui progenitorum pietate à vita, & quasi hereditaria, iustitiae, atque ex Dei beneplacito, & virtute se gerebant; filiae vero hominum feminas ex progenie Cain terrenis solum inhiantes carneisque & terrestres totos homines progenitores motibus, & imitatione referentes intelligi, ut cum Chryllo hom. 12. in Genesim. Augustino 15. de ciuit. cert. 23. Casario Dialog. 1. cit. Theodor. q. 47. in Genesim. Cyril. 9. contra Iulianum Achanas. quaest. ad Antiochum q. 19. docent Pererius, & Cornel. à Lapide ad locum Genesim. 6. vers. 2. id, quod consonat illis Ioan. 1. dedit eis, potestatem filios fieri Dei, & epist. 1. c. 3. *videte qualem charitatem dedit nobis Deus, ut filij Dei nominemur & sumus,* & ad Roman. 8. *si autem filij, & heredes & lexcentisque aliis,*

& quidem è nos & Cyril. & Casario proxime obicitatem ab ipso adinuentam Deus vocatus est ut & Seth ob insignem scientiam, & scribendi autem ab ipso adinuentam, Deus etiam fuit nominatus, ut refert Suidas. Quemadmodum quidquid in igne est, magnum valde, ac magno propterea in honore habetur, in scripturis diuinis, & Dei, nomine saepe donatur, ut Cedri, & montes Dei, ut obseruatur praeter Pererius. Qui intelligentia, & interpretatione conueni lectionis praefata subscribit. 3. Thom. 1. p. 95. a. vlt. eiusque interpretes nostri Molina q. 52. a. 2. & b. balus difficult. 1. §. 9. Valentia d. 4. q. 2. p. 1. Valsuet d. 178. c. 5. qui alia interpretatione filiorum Dei nomine, potentium populi filios intelligit. Iuxta versiones Symachi Pagnini, & paraphrasim Chaldaicam, filias vero hominum ex plebeis ortas, ut ait Hieronymus, & alij, de quibus Valquez ibi, & Leonardus Coqueus, in lib. 15. de ciuit. Dei c. 2. quousque autem et praefatis modo filios Dei, ac filias hominum appellas, illud sane certum è textu ipso est: filiorum Dei nomine Angelos intelligi non posse, ut pererius noster obseruat. Etenim hominum, non Angelorum peccatis iratus Deus ait n. 3. *Non permanet spiritus meus in homine, quia caro est, & n. 5. videt autem Deus, quod multa malitia hominum est in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta est, ad malum omni tempore, parauit enim, quod hominem faciat in terra, & tunc dolore cordis intrinsecus delituit: inquam, hominem quem creauit, &c.* ac solus denique homo non Angelus, ut Dei indignationem, & illiusque supplicium incurrit.


9. Quod autem de incubis Daemonibus, & si nonnullae feminae, cum quibus coierunt seminis ab illis eiaceptionem, sensisse fuerint testatur, decepta plane Daemoni caliditate, & artibus sunt: nec h. ex eiusmodi coitu conceperunt (ut subdubius indicat Suidas. Thom. q. 6. de pot. a. 8. ad 5. Aug. 1. de Trin. c. 4. & fieri posse censet) hominis semine influente in feminam veterum adportato, & applicato factum fuisset: sicut per aliarum rerum naturales causas & occultissimas, & femina mira quaedam, per Magos efficiunt, ut virgines in serpentes veras coram Pharaone conuersionem, iuxta August. 1. de Trin. cap. 8. & de Genesi cap. 7. & 8. Theodoretum, quaest. 18. in Exodum 5. Thom. quaest. de pot. 4. ad 8. & quaest. 16. de malo a. 9. ad 12. Michiel Gijca 2. p. annal. Theodoretus hac in re transcriptor, non author (ut à Delrio putabatur 2. dissertation. Magicar. quaest. 6.) Babelum, cit. quaest. 10. quaest. 2. d. 2. §. 6. versu. *Verum tamen, quamuis contra gloriam ad locum Exodi, & Valentiam, 1. 2. quaest. 4. pu. 2. & alios, qui illusoriam, eam virgines conuersionem putant. Sed tamen, cum non aliter, & eodem modo, eam, ac virga Moysis, quae certe in serpentem conuersa est conuersio ab suspensa naturae, earum etiam vera conuersio debet censeri, quamuis illius miraculosa, & à Deo, & alioque illius causae naturalis ministerio, solaque Dei virtute conuersio non fuerit effecta, sed illarum conuersio à Daemonem, applicando occulta actus, naturalis, passivus (in quod solum potest) fuisse peracta. Neque opus est, ut gigantes (quorum cap. 6. Genesim mentio) procreentur Daemonis incubi opera: cum saepe ex communium hominum concubitu gigantes magnitudinis proles, atque è pusillis, quam magni filij procedant, ut videmus, & rarum exemplum reicit Augustin. 15. de ciuit. cap. 23. duo tandem examinanda hic ad omnimodam Angelorum immaterialitatem, seu incorporeitatem, totalemque spiritualitatem statuendam, videbuntur. Primum: an Angeli bonis odoribus recreentur: Daemonisque factoribus generentur, ut scriptura saepe alias & Tobiae libro videtur innuere: quod si substantiae corporeae sint fieri nequit, sed certe haec omnia per apparentiam solum Angelis, ac Daemonibus conueniunt, ut Raphael corporeus eius, & potus Iob. 12. tametsi negandum non sit, Daemones quandoque factoribus fieri, non secus, atque aqua benedicta, vel sacris exorcismis, non autem eorum graueolenta fugari Angelos.*

que similiter odoribus attrahi ex Dei voluntate possit, & quidem, & si vera recreatio in Angelis, & grativolentia in demonibus admittenda esset, simili, atque demonum tortura ab igne difficultas foret, d. vlt. per otium dirimenda.

10. Secundum est occasione quantæ rationis, seu obiectionis Caietani contra omnimodam Angelicam corporeitatem: quia sicut animus rationalis, ad sensationes materiales organizato corpore eget: ita ob solum motum localem posset etiam corpore Angelus egere. Ceterum de Angelis, qui de facto sunt, motibusque eorum ad immensa ferè spacia, quam citissimis corpoream molem & membra impedimento potius fore & obfistere vidimus supra: quare de Angelis, ac demonibus, qui de facto sunt ab omnibus merito reicitur Caietanus, in questione vero de possibilitate Angelis, qui ad motum localem, corpus, & membra corporea exigeret fuisse disputat noster Franciscus Amico, d. 1. atque affirmatiue decidit ad nostrum Antonio Quiros citat. d. 51. sect. 1. num. 54. quia nulla repugnancia apparet in eo, quod Angelus aliquis ex possibilibus ad specialem aliquem motum localem corpore, corporeisque instrumentis ac membris eget: quemadmodum, & animus noster, quem in statu separationis mouere se nullatenus, nonnulli docuerunt, apud Soarium lib. 6. de anima, c. 2. n. 8. vel saltem in eo statu mouere alia corpora iuxta communem Theologorum sententiam nequit. Sed hoc postremum, nil probat, neque enim id ex natura sua, & motus corporis alterius prouenit, per theologum aliquem, sed ob rationes alias 1. nostræ philosophiæ contrariæ penult. examinandas: siquidem à substantia spirituali separatam mota posse extrinsecus aliis corporibus impulsu imprimi, quo localiter moueantur certum est: atque animis coniunctio ad corpora propria ad vitalem solum corporum motum est necessaria: unde, & primum fundamentum euanescit quia, & si reiecta illa à reliquis paucorum opinio de animarum separatarum immobilitate locali à se probabilis esset, non alia ratione talis foret, nisi ex eo, quod tunc corpus, eiusque organa, & membra corporea, ad motum connaturalem, & in statu sibi connaturali coniunctionis cum corpore, exigat virtutem se vitaliter mouendi connaturalem, in statu sibi, non connaturali (quem nequit virtus naturalis, seu connaturalis respicere) quem in statu separationis nequeat habere quare possibilitas Angelice substantiæ, quæ natura sua pars esset, exigens corpus, vt compartem, ad totum aliud absolute corporeum componendum, & localem motum vitalem connaturaliter exerceendum, supponenda erat, vt ex ea paritate contenditur probari. Mito rationem data contra omnem Angelum possibilem corpore constare non posse euidenter demonstrari.

11. Denique in eo eiusdem Quiros sententia, & sensu satis fuisse, & ex instituto explicato d. 77. à sectione 1. & deinceps; tametsi ea sect. 2. nu. 16. sine, ea omnia à se non assendi, sed proponendi gratia dicta velit, quo se remittit legendum, dist. citat. 51. sect. 1. num. 16. sine locum eius ratio non habet, illa ergo, dist. 77. vt passionem, doloremque corporeum ab igne inferni, quo demones torquentur expeditius defendat, ait: materiam qua corpora, cuncta creata cælestia, & sublunaria constant, spiritibus, & corporibus communem de se, quantitatem impenetrabilitatem, & extensionem, hisse opposita, non exigere, sed ad vtriusque, se indifferenter natura sua habere, atque à formis sibi adiunctis ad alterum eorum, determinari, à corpore scilicet, ad quantitatem, &c. habendam, ab spirituali ad illam non habendam; imo vero ad habendam penetrabilitatem. Mito sententiæ huius falsitatem detegendam quæst. 2. & inutilitatem distinct. vltim. monstrandam, solum hic probatio iuxta hunc Quiros sensum manifestam implicationem angelicæ substantiæ possibilem, quæ ratione motus corpori, seu materiæ huic adiungi natura sua debeat, vt membra corporea ad suos locales

motus naturaliter exigeret. Etenim natura illa, vt omnis angelica spiritualis forma, per se, & per omnes foret; Ergo natura sua materiam cui adiungeretur spiritualem inextensam inquantam (vt sic loquar) & penetrabilem, idque natura sua contineret, ac redderet: ergo & in membra ad motum inorganizabilem: quare, vt possibilis sit, natura vlla angelica corporis membra ad motum localem natura sua exigens, debet hæc opinatio ablegari, atque ferè omnia, quibus hic author Angelos de facto incorporeos absolute probat eiusdem sententiæ postliminium requirunt, vt ea expendenti patebit: similique argumento eius opinionis, (si id nominis mereatur, de quo statim) inutilitas apparebit, disputatione vltima.



QVÆSTIO II.

De Angelorum simplicitate.

Angelorum compositio, atque ei aduersa simplicitas, multiplex potest excogitari, ac sub inde ad examen scholasticorum venire. Prima, quæ essentia, & existentia naturæ Angelicæ, dicitur. Secunda, quæ ex natura, & suppositualitate, seu personalitate. Tertia, quæ ex forma, & subiecto materiali, vel spirituali, substantialibus, quibus natura nostra ex anima, & materia seu corpore substantialiter, & essentialiter constituitur. Potest autem tertia hæc compositio, & de facto, in Angelis, qui de facto, sunt, ac demum, de possibili respectu, non solum, Angelorum, qui de facto sunt, sed reliquorum possibilem, etiam quæ conditi à Deo non sunt, nec erunt, sed intra putam possibilitatem recludentur; quæ omnia scorsim, vt res tota clare percipiatur examinanda erunt.

CERTAMEN I.

De duplici prima compositione, vel simplicitate Angelorum statuitur, ac de tertia re censentur opiniones tam de facto quam de possibili.

PRIMAM compositionem ex essentia, & existentia tam Angelis, quam earum naturis, veram, & realem concedunt, ac proinde, in ea lignea, & ordine eis negant realem, & veram simplicitatem Thomistæ omnes Dominicani Recentiores, qui rerum essentiam ab existentia (tanquam ex S. Th. sententia) realiter distinguunt, & sanè S. Thomas in Angelis, vt in creatis cæteris, ex essentia, & esse, seu existentia compositionem, non semel admittit, atque oppositam negat simplicitatem, 1. p. qu. 50. art. 2. ad 3. qu. 75. a. 5. ad vlt. primo loco ex Boetio, ac sepe alias; eam vero realem, & tanquam realiter diuersorum coniunctionem verum esse non potest, vt vidimus in metaphysicis, vbi existentiam rerum ab essentia replea, nec differt, nec posse eum tota nostra schola, verè Thomistica, lesuana satis ostendimus. Aduertimus autem ibidem existentiam, ab essentia, ne formaliter quidem, vt rei formalitates, & prædicata metaphysice diuersa (quemadmodum animal rationale in homine) differre contra nostrates nonnullos: eo siquidem admisso realis distinctio essentia ab existentia legitime contra eosdem inferretur, atque ad rem præsentem,